SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS PAPAE XIII,

Allocutiones, Epistolae, Constitutiones,

ALIAQUE ACTA PRAECIPUA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS PAPAE XIII

ALLOCUTIONES, EPISTOLAE, CONSTITUTIONES,

Aliaque Acta Praecipua.

VOLUMEN III. (1887-1889.)



Typis Societatis Sancti Augustini,

DESCLÉE, DE BROUWER ET SOC.,

MDCCCXCIII.

PRAEFATIO EDITORIS.

Accipe, optime Lector, praecipuorum Actuum LEONIS XIII fauste regnantis, ab anno 1887 mediante interruptam, ad annum usque 1892 protractam, illustrem uberemque seriem ([1]).

In deligendis documentis ingressi vestigia prioris editoris, theologi eximii, Romanæ Sedi addictissimi, Doctoris Thomae Bouquillon, in Universitate Catholica Americana Professoris, quaecumque ad universum orbem quavis ratione spectare videbantur, assumpsimus, reliqua, utpote scopo minus congrua, semoventes.

Quum autem quinquagesimus annus a sacerdotali ordinatione SS. D. N. inaudito sit populorum plausu celebratus, conciones praecipuae hac occasione a jubilante Pontifice habitae, pietatis testimonio, heic inserendae visae sunt.

Acta vero, quae ad supremos coelitum honores spectant praeclaris Christi servis conferendos, a priori serie exclusa, ab hac altera quoque seposuimus, speciali volumine eadem, si Deus dederit, opportunius congesturi.

Documentorum textus cum authentica editione Vaticana accuratissime collatus est. In præmittendis titulis eamdem rationem sequi conati, quam a nostro decessore inductam invenimus, marginales notulas pariter ita contraximus, ut quam paucissimis verbis integram exhiberent rerum analysim.

Litteras vero Encyclicas de Humana Libertate,

---

1. *Quartum volumen, jam edi cæptum, proxime prodibit.*

deque Conditione Opificum cum eisdem notis denuo edidimus, quibuscum alterae curante laudato Dre Bouquillon, cura nostra alterae, adjecta gallica versione, jampridem separatim prodierunt.

Sit jam haec nova series Actuum LEONIS XIII, et isto perfelici ab episcopali Ejusdem consecratione anno quinquagesimo, humile filialis nostrae observantiae pignus in gloriosissimum PONTIFICEM, Petri Cathedram, imo cunctas gentes scriptis ac sermonibus mire collustrantem; quem Conditor Rectorque Ecclesiae ad alia lustra benigne servet incolumem Christus!

Ex abbatia Maredsolensi, sacro die Pentecostes, 1893.

D. Laurentius Janssens, O. S. B.
S. T. D.

EPISTOLA

Ad episcopum Leodiensem
DE HABENDO ALTERO CONVENTU SOCIALI DICTO.

EGREGII tui erga commune bonum studii novum praebuit Nobis argumentum officiosa epistola, quam abs te Maio mense exeunte datam accepimus. Ex ea namque comperimus consilium a te initum cum aliis spectatis viris Belgis externisque, ut proximo mense Septembri conventus alter istic habeatur, qualis anno superiore habitus fuit, ad eas quaestiones expendendas quae conditionem et rationes spectant humanae societatis. Quum ea quae tunc a vobis gesta sunt prudentium virorum commendationem retulerint, multaque et gravia sint quae ea super re in disceptationem adhuc vocari oporteat, consilium vestrum probamus vehementer, vestrosque labores studio utique votisque Nostris prosequimur. Intelligimus porro quaestiones eiusmodi quae in coetibus vestris aguntur, non modo dignas esse in quibus sese virorum sapientium ingenia exerceant, sed curas praecipuas et studia ad se convertere catholicorum hominum quos Christi caritas urget, ut praestent pro viribus quae ad communem salutem pertinent, maximeque opem et solamen ferant ei generi hominum, qui inopem vitam, quotidianae operae labore tolerare coguntur. Hoc enim agitur imprimis ut exploratum fiat qua potissimum ratione et via, pro cuiusque natura loci, ea leventur mala quae operarios homines premunt, et avertantur pericula quae ex eorum multitudine et conditione misera imminent rei publicae statui et civium securitati. Agitur prae-

30 JULII 1887.

Fauste peracto superiore conventu,

alterius conventus habendi consilium laudat Pontifex.

Digna sane causa in qua se exerceant ingenium et caritas.

Agitur de levanda sorte operariorum, necnon de arcendis pe-

riculis rei publicæ imminentibus; agitur de aptis remediis strenue adhibendis. Ad quæ præsidium religionis omnino requiritur. Pontifex de futuro conventu fauste ominatur, eique apostolicam benedictionem impertit.

terea (ne inanis consultatio sit) ut quae comperta fuerint utriusque incommodi remedia aptissima, naviter impigreque adhibeantur. Atqui haec neque plane dignosci neque studiose amanterque adhiberi queunt, nisi ab iis, qui plurimi faciant praesidia quae christiana religio suppeditat, quique caelesti eius lumine illustrentur eiusque roborentur virtute divina. Quum omnia haec vobis inesse non dubitemus, certam fovemus spem salutares uberesque fructus consiliis et curis vestris omnino responsuros. Alacri itaque erectoque animo in opus susceptum incumbite : adsit coetibus vestris spiritus Domini qui vestras perfundat sapientia mentes, concordia voluntates coniungat ; ac munerum Eius auspicem habetote Apostolicam benedictionem quam tibi, Venerabilis Frater, omnibusque dilectis filiis, qui curarum suarum partem in proximum conventum collaturi sunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 30 Iulii 1887, Pontificatus Nostri anno decimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Langenieux, archiepiscopum Rhemensem, et ad coetum Praesulum et Abbatum Castellione congregatum

DE CULTU B. URBANI II.

LITTERARUM vestrarum officio valde delectati sumus, quo novimus Beati Urbani II Praedecessoris Nostri simulacrum, arte simul et mole spectabile, Castellione supra Matronam, qui locus natalis eius traditur, in magna vestra et omnium ordinum laetitia et frequentia XII kalendas Augusti fuisse dedicatum. Dignum sane erat ut huiusmodi honor haberetur Pontifici virtutum et rerum gestarum gloria insigni, cuius Nos cultum promovendum censuimus, eiusque illustrium meritorum in ista regione publicum monumentum extaret hoc praesertim saeculo, quo multi, sine vera virtutis laude, insignia tamen virtutis publice assecuti sunt. Commune autem studium quod vos ad augendum Beati Urbani honorem et memoriam celebrandam contulistis, pietas et religio fidelis populi quae hac occasione splendide enituit, uti Nuntius Noster diserte ad Nos retulit, plene effecerunt, ut solemnia a Vobis acta eum splendorem habuerint, quem rei ipsius dignitas omnino postulabat. Gratulamur itaque intimo animi sensu, quod vestris et bonorum omnium fuerat in votis, feliciter tandem peractum fuisse, atque ita peractum, ut unum idemque monumentum non modo sit publicum honoris munus Pontifici meritissimo redditum, sed etiam studii et obsequii vestri, itemque cleri et populi Galliae erga hanc Apostolicam Sedem, quam ille tenuit et illustravit mirifice, testificatio apud posteros sempiterna. Egregios autem sensus, quos erga Nos in litteris vestris declarastis, effuso dilectionis studio prosequimur, ac votis vestris Nostra adiicimus, Deum enixe adprecantes, ut Beati Urbani meritis Ecclesiam in magnis fluctibus laborantem propitius

2 AUGUSTI 1887.

De erecta statua B. Urbani, deque solemnitate ejusdem dedicationis se delectatum testatur Pontifex.

Tanti honoris, hac præsertim ætate, apprime dignum declarat B. Urbanum; cujus honori pietas publica, testante Nuntio, non defuit.

Redundant istæ laudes in Sedem quam Urbanus II olim illustravit.

Vota votis reddens Pontifex,

Deum adprecatur, ut meritis tanti Præsulis Galliæ populo ac clero vires augeat ad fidei certamen. Ad hunc finem suam ipsis benedictionem amanter impertit.

respiciat, vobis et clero vestro ad bonum certamen certandum vires addat, ac in dilecta ista patria vestra eum spiritum fidei et religionis foveat ac provehat, per quem ipsa olim florentissima et invicta extitit. Horum autem caelestium munerum auspicem et pignus praecipuae benevolentiae Nostrae esse cupimus Apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte Fili Noster, et vobis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, cunctisque vigilantiae vestrae concreditis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 2 Augusti 1887, Pontificatus Nostri anno decimo.

LEO PP. XIII.

DECRETUM

DE MENSE OCTOBRI REGINAE A ROSARIO DICANDO, AC DE FESTO EJUSDEM RITU DUPL. II CLAS. CELEBRANDO.

INTER densas errorum et scelerum tenebras tamquam spes certa oriturae salutis iam fulget excitata ac reviviscens in christianis gentibus per sacri Rosarii frequentiam erga magnam Dei Parentem pietas et fiducia, quae omni aevo Ecclesiae ac societati praesidium fuit potentissimum ad terrenorum infernorumque hostium vires conterendas. Verbum Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII per Eius Apostolicas Litteras, praesertim *Supremi Apostolatus officio* 1 Septembris 1883, ad cunctas mundi regiones prolatum, divini seminis instar cadens in terram bonam, ubique *fecit fructum centuplum*, quamvis alibi prae nimia cordium duritie, cadens *super petrosa* et *in spinis*, hactenus conculcatum fuerit et suffocatum. Ubique terrarum fideles suis coadunati pastoribus Rosarii festa mensemque in laetitia et fervore celebrantes, a solis ortu ad occasum pro errantium salute, pro Ecclesiae et societatis prementibus calamitatibus Mariam invocarunt, quae « sicut lumen indeficiens radios evibrans misericordiae suae, omnibus indifferenter sese exorabilem, omnibus clementissimam praebere consuevit, omnium necessitates amplissimo quodam miseratur affectu *(S. Thomas Episcopus Valentin.)* ». Neque spes confundit obtinendi victoriam ex eo maxime, quod per admirabilem Marialis Rosarii orandi ritum splendidissimus Deo exhibetur religionis cultus et plena fidei christianae confessio. Rosarium enim cum omnia Christi Virginisque Matris mysteria suo circuitu involvat, fidem totam complectitur. Iamvero *haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra* (I Io., V).

II Septembris 1887.

Inter densas calamitatum tenebras,

Pontificis verbo amplum fructum ferente,

frequens festorum ac mensis Rosarii cultus per orbem christianum reviviscens,

spem facit obtinendæ victoriæ,

per fidem, quam recolit Rosarii devotio.

Beatissimus Pater de his vehementer laetatus, eo enixius omnes Ecclesiae Pastores et universos Christifideles hortatur

De quibus Pontifex vehementer

lætatus, et ad perseverandum gregem hortatur,

ferventiori pietate et fiducia perseverare in inceptis, ab augustissima Regina pacis postulantes, ut qua gratia apud Deum pollet, praesentium malorum horrendam tempestatem, everso satanae imperio, depellat, triumphatisque religionis hostibus, exagitatam Petri mysticam navem optatae tranquillitati restituat. Ad haec, quaecumque superioribus

et renovat quæ jam tulit de Rosario decreta.

annis, ac postremo per decretum Sacrorum Rituum Congregationis 26 Augusti 1886 de mense Octobri caelesti Reginae a Rosario dicando, decrevit, indulsit et iussit,iterum decernit, praecipit et concedit.

Quin ad ejus augendum cultum, B. V. a Rosario solemnitatem ad ritum dupl. II. class. pro universa Ecclesia provehit.

Cum vero festus dies solemnitatis sacratissimi Rosarii singulari iam populorum honore et cultu agatur, qui cultus refertur ad mysteria cuncta vitae, passionis et gloriae IESU CHRISTI redemptoris nostri, eiusque intemeratae Matris; ad hanc succrescentem pietatem magis fovendam, et ad publicae venerationis incrementum, quod iam pluribus particularibus Ecclesiis concessit, solemnitatem praedictam et officium Deiparae a Rosario primae Octobris Dominicae adsignatum, ecclesiastico ritu duplici secundae classis in universa Ecclesia in posterum celebrari mandavit, ita ut non possit transferri ad alium diem, nisi occurrente officio potioris ritus; servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

De hisce autem praesens praefatae Sacrorum Rituum Congregationis decretum expediri iussit.

Die 11 Septembris anni 1887, Sanctissimo Mariae Nomini sacra.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. E. PRAEFECTUS

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

EPISTOLA

Ad episcopos Italiae

DE SACRO ROSARIO.

Vi è ben noto quanta fiducia, in mezzo alle presenti calamità, abbiamo Noi riposta nella gloriosa Vergine del *Rosario* per la salvezza e prosperità del popolo cristiano, per la pace e la tranquillità della Chiesa. — Memori, per una parte, che nelle grandi distrette pastori e fedeli furono sempre usi di rivolgersi fiduciosi alla gran Madre di Dio, aiuto potentissimo dei cristiani, nelle cui mani sono poste tutte le grazie ; persuasi, per l' altra, che la devozione alla Vergine sotto il titolo del Rosario torna sommamente opportuna ai bisogni specialissimi dei tempi nostri, abbiamo voluto, che questa devozione si ravvivasse dovunque e sempre più largamente si stabilisse in mezzo ai fedeli di tutto il mondo. — Già più volte, nel l'inculcare la pia pratica del mese di Ottobre ad onore della Vergine, ne abbiamo indicato i motivi, le speranze, il modo : e tutta quanta la Chiesa, in qualsiasi parte della terra, docile alla Nostra voce, ha sempre risposto con manifestazioni di singolare pietà al Nostro invito : ed anche ora di nuovo si apparecchia a pagare a Maria Santissima, per un intero mese, il tributo quotidiano della devozione a Lei tanto gradita. — In questa santa e nobile gara non è rimasta addietro l' Italia, dove la pietà verso la Vergine è così profondamente radicata e così universalmente sentita ; nè dubitiamo, che anche in quest' anno l' Italia sia per dare bella prova del suo amore verso la gran Madre di Dio, e per apprestare a Noi nuovi motivi di consolazione e di conforto. — Non possiamo tuttavia dispensarci dal rivolgere a Voi, Venerabili Fratelli, una parola di speciale esortazione, affinchè con nuovo e singolare impegno in tutte le Diocesi italiane sia santificato il mese dedicato a Maria Santissima del Rosario.

20 SEPTEMBRIS 1887.

Præterita recolens, præsentiaque contuens, Pontifex spem in cultu S. Rosarii reponit.

Ecclesia votis ejus haud semel se docilem in colendo Reginam a Rosario monstravit, imprimis Italia, quam instantius de hoc cultu hisce litteris adhortatur.

È facile comprendere le particolari ragioni che a ciò Ci muovono. — Fin da quando Iddio Ci ebbe chiamati a reg-

A quo gubernaculum Petri suscepit,

gere sulla terra la sua Chiesa, Noi Ci studiammo di porre in opera tutti quei mezzi che sono in Nostro potere, e che credemmo più acconci alla santificazione delle anime e alla dilatazione del regno di GESÙ CRISTO. Non abbiamo esclusa dalle Nostre quotidiane sollecitudini nessuna nazione nè alcun popolo, ben sapendo che per tutti il Redentore ha profuso sulla croce il suo sangue prezioso, e a tutti ha aperto il regno della grazia e della gloria. Nessuno però può farsi maraviglia, se con singolare predilezione riguardiamo il popolo italiano: chè anche il divino Maestro, GESÙ CRISTO, fra tutte le parti del mondo prescelse l' Italia a Sede del suo Vicario in terra, e nei consigli della sua provvidenza dispose, che Roma addivenisse la Capitale del mondo cattolico. Per tal maniera il popolo italiano è chiamato a vivere in maggior prossimità col gran Padre della famiglia cristiana, e a dividerne più specialmente le gioie e i dolori. E purtroppo nella nostra Italia non mancano al presente gravissime ragioni di amarezza all' animo Nostro. La fede e la morale cristiana, preziosissimo retaggio tramandatoci dai nostri antenati, e che pur fece in ogni tempo la gloria della Patria nostra e de' grandi italiani, sono o insidiosamente e quasi di nascosto, o palesemente e con ributtante cinismo assaliti da una mano di uomini, i quali si studiano di strappare agli altri la fede e la morale che essi hanno perduto. È facile intravedere in tutto questo, più che ogni altra cosa, l' opera delle sètte, e di coloro che sono strumenti più o meno docili in mano di esse. — Qui in Roma poi dove il Vicario di Cristo ha la sua Sede, si concentrano a preferenza gli sforzi di costoro e si manifestano in tutta la pertinace ferocia i loro satanici intendimenti.

etsi omnium curam gerens nationum,

italicum tamen populum magis amplexus est,

utpote Ecclesiæ centrum, Patrique christianæ familiæ proximum.

Quamquam ut deficiat ab hereditate fidei calamitose vexatur,

præsertim Roma, Petri sedes, sectis diabolicefurentibus.

Non abbiamo bisogno di dirvi, Venerabili Fratelli, di quale et quanta amarezza sia ripieno l'animo Nostro nel vedere esposte a così gravi pericoli le anime di tanti Nostri carissimi figli. E cresce questa Nostra amarezza nel veder Noi stessi posti nell'impossibilità di opporci a questi grandi mali con quella salutare efficacia che vorremmo, e che pure avremmo il diritto di avere: imperocchè sono note a voi, Venerabili Fratelli, e a tutto il mondo le condi-

Queritur gregem periclitantem,

seseque, ne ipsi medeatur, constrictum.

zioni di vita alle quali siamo ridotti. Per questi motivi Noi sentiamo maggiore il bisogno d'invocare l'aiuto di Dio e la protezione della gran Vergine Madre. — I buoni italiani preghino fervorosamente pe' loro fratelli traviati, e preghino pel Padre comune di tutti, il Romano Pontefice, acciocchè Iddio nella sua infinita misericordia accetti ed esaudisca i comuni voti de' figli e del Padre. Ed anche per questa parte le Nostre più vive et più ferme speranze sono collocate nella gloriosissima Regina del Rosario : la quale fin da quando cominciò ad invocarsi con questo titolo, si mostrò prontamente soccorrevole ai bisogni della Chiesa e del popolo cristiano. — Già altre volte ricordammo queste glorie e gli strepitosi trionfi riportati contro gli Albigesi e contro altri potenti nemici ; glorie et trionfi che ridondano sempre non solamente a profitto della Chiesa perseguitata ed afflitta, ma a prosperità temporale altresì dei popoli e delle nazioni. — Perchè non potrebbero rinnovarsi nei bisogni presenti le stesse meraviglie di potenza et di bontà da parte della gran Vergine, a prò della Chiesa e del suo Capo e di tutto il mondo cristiano, sol che i fedeli sapessero rinovare da parte loro gli splendidi esempî di pietà dati in simili congiunture dai loro maggiori ? E perciò che Noi, a renderci vie più propizia questa potentissima Regina, intendiamo di onorarla sempre più sotto l'invocazione del Rosario et di accrescerne il culto. — E così, a cominciare dall' anno che corre,abbiamo stabilito d'innalzare a *rito doppio di seconda classe* per tutta la Chiesa la solennità del Rosario. Ed allo stesso fine ardentemente bramiamo, che il popolo cattolico italiano con particolare slancio di devozione sempre, ma singolarmente nel mese prossimo di Ottobre, si volga a questa gran Vergine, e faccia dolce violenza al suo cuore di Madre, pregandola per l'esaltazione della Chieza e della Sede Apostolica, per la libertà del Vicario di GESÙ CRISTO in terra,per la pubblica pace e prosperità. E poichè l'effetto delle preghiere sarà tanto più grande e sicuro, quanto saranno migliori le disposizioni di chi prega, caldamente vi esortiamo, Venerabili Fratelli, che con tutte le industrie del vostro zelo Vi adoperiate

20 SEPTEMBRIS 1887.

Adsit proin B. V.

Orent omnes boni cælestem Dominam, pro fratribus errantibus, — pro Pontifice oppresso.

Tot ab ipsa relati triumphi, renovabuntur, si antiqua ad ipsam reviviscat pietas.

Quare augendus ejusdem festi ritus.

Ad mensem Octobris accedant Itali fervido corde,

pœnitentia mundato,

imo fide intrepida, ab omni humano timore libera.

a ridestare nei popoli a voi commessi una fede vigorosa, viva ed operativa, e a richiamarli colla penitenza alla grazia e al fedele adempimento di tutti i doveri cristiani. — Tra i quali, per le condizioni dei tempi, conviene considerare come principalissimo la franca et sincera professione della fede e della morale di CRISTO, per la quale si vinca ogni rispetto umano e si mettano innanzi ad ogni altra cosa gl'interessi della religione e l'eterna salvezza delle anime.

Recedat proin, funeste serpens, animus ad res religiosas indifferens.

Poichè non conviene dissimulare che, quantunque per divina misericordia il sentimento religioso sia encora vivo e largamente diffuso nel popolo italiano, pure anche in mezzo di esso, per malefico influsso degli uomini e dei tempi, ha cominciato a serpeggiare l'indifferentismo religioso ; per cui va diminuendo quella pratica riverenza e quell' amor filiale verso la Chiesa, che furono gloria e nobile vanto dei maggiori. — Sia per opera vostra, Venerabili

Curent Præsules ut sopitæ mentes e languore excutiantur.

Fratelli, che si risvegli potente nei vostri popoli il sentimento cristiano, l' interesse per la causa cattolica, la fiducia nella protezione della Vergine, lo spirito di preghiera. Non è a dubitare che l'invitta Regina da tanti figli e con sì felici disposizioni invocata, non risponda benignamente

Fausta futura a Deipara expectans, Pontifex benedictionem apostolicam impertit.

alle loro voci, consoli la Nostra afflizione e coroni i Nostri sforzi a pro della Chiesa e dell' Italia, riconducendo per l' una e per l' altra giorni migliori.

Con questi sentimenti impartiamo a voi, Venerabili Fratelli, al clero, e popolo commesso alle cure di ciascun di voi, l'Apostolica benedizione, pegno delle grazie e dei favori più eletti del cielo.

Dal Vaticano li 20 Settembre 1887.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE INDULGENTIIS OCCASIONE SACERDOTALIS IUBILAEI SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LUCRANDIS.

I OCTOBRIS 1887.

QUOD primo adventantis anni die, Deo favente, sacerdotalis Iubilaei Nostri solemnitatem celebrabimus, omnes ubique terrarum gentes et cuiuscumque ordinis familiae, quasi cor unum et anima una prae laetitia gestiunt, mirificisque modis in hac temporum difficultate Nobis in sublimi Beatissimi Petri Sede divinitus collocati solemnia suae fidei, studii, obsequii et gratulationis exhibent testimonia. Haec quidem omnia accepta referimus Deo, qui consolatur Nos in tribulatione Nostra, eumque sine intermissione obsecramus, ut dominico gregi universo propitius benedicat et optatam iamdiu pacem et concordiam concedat. Nos exploratis hisce amoris et antiquae pietatis significationibus permoti, precibusque ad id Nobis admotis obsecundantes, ut universi filii ex Parentis sui festivitate aliquod sibi parent ad aeternam facilius potiundam beatitatem emolumentum, Ecclesiae thesauros, quorum dispensationem Nobis credidit Deus, reserandos censuimus. Quare de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus Romam occasione sacerdotalis Iubilaei Nostri peregre advenientibus, ut suorum populorum nomine publice et palam pietatem et obsequium testentur, debitum supremae Nobis a Deo traditae auctoritati honorem et obedientiam praestent, nec non omnibus pariter utriusque sexus fidelibus, qui supradictas ad Urbem peregrinationes mente et corde prosequantur, comitentur, itemque omnibus et singulis qui suam quovis modo in piarum huiusmodi peregrinationum bonum, felicemque exitum operam conferant, si novendialem supplicationem recitatione tertiae partis SS. Rosarii ipsa sacerdotalis Iubilaei Nostri die, kalendis nempe ven-

Gregem de instante solemnitate gestientem laudat Pontifex,

Deoque refert se solanti gratias.

Quæ Festivitas Patris, ut familiæ cœlestibus favoribus prosit,

omnibus fidelibus corpore ad se venturis,

necnon mente ad se de longe convolantibus,

modo per novendialem suppli-

cationem jubilæo sese conjungant, semel vel pluries,

solitis conditionibus satisfaciant,

debitum ecclesiam visitent,

plenariam indulgentiam consequendam concedit;

insuper, pro quovis novendialis supplicationis die, trecentorum dierum indulgentiam, — utramque animabus defunctorum applicabilem.

turi Ianuarii, praemiserint, et si eamdem supplicationem novendialem intra praestitutum piarum peregrinationum huiusmodi admissionibus tempus iteraverint, ac vere poenitentes et confessi ac S. Comunione refecti parochialem suam, vel aliam quamlibet Ecclesiam aut publicum oratorium visitaverint, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, tum ipsa memoratae solemnitatis Nostrae die, tum die festo immediate subsequenti supplicationem novendialem pro cuiusque arbitrio intra praefixum tempus, ut supra, repetitam, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Universis praeterea et singulis, qui saltem contriti corde novendiales supplicationes, ut supra, celebraverint, quovis ex hisce die id praestiterint, trecentos dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse in Domino elargimur et hoc anno tantum concessas volumus. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 1 Octobris 1887, Pontificatus Nostri anno decimo.

M. CARD. LEDOCHOWSKI.

ALLOCUTIO

Ad operarios gallos Romam peregrinantes.

18 OCTOBRIS 1887.

GRANDE est la joie que Nous éprouvons, très chers fils, en vous voyant réunis si nombreux autour de Nous en ce moment. Nous savons, en effet, quel excellent esprit vous anime tous, et quelle généreuse pensée a présidé à l'organisation de ce pieux pèlerinage des Associations ouvrières à Rome. Foulant aux pieds tout respect humain et méprisant les railleries des méchants, vous êtes partis de tous les points de la France, sous la conduite de ces nobles hommes vos fidèles conseillers et vos vrais amis, et vous êtes venus ici, en votre nom et au nom de vos compagnons d'ateliers, implorer la bénédiction du Vicaire de JÉSUS-CHRIST, visiter les basiliques et les sanctuaires de la Ville Éternelle, et y prier pour vous, pour votre patrie, et pour tous ceux qui vous sont chers.

Pontifex sodalibus societatum operariorum gratulatur de frequenti concursu,

Nous vous félicitons, chers fils, de cet acte de foi publique et de cette solennelle affirmation de vos sentiments religieux. Nous vous félicitons en particulier de la part que vous prenez, comme Nous le disait tout-à-l'heure votre éloquent interprète, à l'œuvre de la régénération chrétienne pour le monde du travail manuel. C'est dans cette régénération et dans ce retour aux principes chrétiens et aux enseignements de l'Église catholique et de son Chef, que réside uniquement la solution des questions sociales qui vous touchent de si près.

deque zelo pro instauratione sociali.

Toujours et en tous les temps, il Nous plaît de le redire ici, l'Église s'est préoccupée avec un soin jaloux du sort des classes pauvres et ouvrières. Elle a, par la prédication des doctrines dont elle est la fidèle dépositaire, ennobli le travail, en l'élevant à la hauteur de la dignité et de la liberté humaines ; elle l'a rendu méritoire devant Dieu, en apprenant à l'ouvrier à le sanctifier par des vues surnaturelles, et à supporter avec résignation et en esprit de pénitence les privations et les fatigues qu'il lui impose.

Ecclesia semper opifices doctrina evexit,

L'Église, d'autre part, a toujours rappelé aux riches et

eos a potentioribus tutans,

aux puissants l'obligation qui leur incombe de secourir leurs frères de condition plus humble, et de respecter en eux le caractère d'hommes et de chrétiens.

olimque, dum ipsa libera audiebatur, muneribus, juribus auxit.

Alors que sa parole était écoutée et obéie par les peuples, que sa liberté d'action était moins entravée, et pouvait disposer de ressources plus considérables, l'Église venait en aide aux pauvres et aux travailleurs, non seulement par les largesses de sa charité, mais en créant et en encourageant ces grandes institutions corporatives, qui ont si puissamment contribué au progrès des arts et métiers, et procuré aux ouvriers eux-mêmes une plus grande somme d'aisance et de bien-être. Et cet esprit de maternelle sollicitude, l'Église l'avait fait entrer dans les mœurs des peuples, dans les statuts et réglements des cités, dans les ordonnances et les lois des pouvoirs publics.

Quæ jura, publica lege sancita, nonnihil, urgente præsertim periculo, ad eorum bonum conferunt.

Sans doute, l'intervention et l'action de ces pouvoirs ne sont pas d'une indispensable nécessité, quand, dans les conditions qui règlent le travail et l'exercice de l'industrie, il ne se rencontre rien qui offense la moralité, la justice, la dignité humaine, la vie domestique de l'ouvrier ; mais quand l'un ou l'autre de ces biens se trouve menacé ou compromis, les pouvoirs publics, en intervenant comme il convient et dans une juste mesure, feront œuvre de salut social, car à eux il appartient de protéger et de sauvegarder les vrais intérêts des citoyens leurs subordonnés.

Eadem nunc, pro viribus, prosequitur Ecclesia;

Au reste, ce que l'Église a enseigné et opéré autrefois, elle le proclame et cherche à le réaliser encore aujourd'hui. Mais, hélas ! au lieu de seconder son action bienfaisante, on s'obstine à la contrarier énergiquement et avec tenacité, et voilà pourquoi les mêmes résultats ne viennent plus couronner ses efforts. — Elle n'en continuera pas moins à s'occuper de vous, chers fils, de vos véritables intérêts et de vos légitimes revendications.

atque ipse Pontifex ad has curas sese non destitit conferre, conferetque se semper.

Nous-mêmes, dès le début de Notre pontificat, Nous avons pensé à vous, quand nous rappelions aux peuples les principes fondamentaux de l'ordre social. Nous avons suivi, depuis, avec attention les travaux des Congrès tenus successivement en France, en Italie, en Allemagne et, dans ces derniers jours, en Belgique et en

Suisse ; et Nous ne cesserons de faire, pour l'amélioration de votre sort, tout ce que Notre charge et Notre cœur de Père pourront Nous suggérer.

18 OCTOBRIS 1887.

En attendant, chers fils, ne vous laissez pas séduire par les fallacieuses promesses des apôtres de l'impiété et du mensonge. Ils viendront à vous avec des dehors trompeurs et s'efforceront par leurs flatteries de vous soustraire à l'Église et à la pratique de vos devoirs religieux. Ils essaieront de vous entraîner dans leurs conventicules secrètes et vous exciteront à recourir aux moyens violents pour améliorer votre sort au détriment de la société.

Caveant operarii a lupis belle ovili contectis,

Tenez-vous en garde contre eux, et fermez l'oreille à leurs malicieuses insinuations. Les écouter et les suivre serait vous préparer des déceptions bien amères, et marcher à votre perte.

Restez, au contraire, chers fils, fidèles à Dieu et à son Église. Conservez et gravez dans vos cœurs les salutaires enseignements de la foi et de la morale chrétienne ; que ces enseignements et ces doctrines vous servent de règle dans tous les actes de votre vie, et vous y trouverez, aux heures de tribulations et de souffrance, un encouragement, une force, une consolation, avec la perspective des biens de la vie future en récompense.

Deo et Ecclesiæ fidi adhærentes,

Et maintenant, comme gage de ces célestes faveurs et en témoignage de Notre singulière affection, recevez, chers fils, la bénédiction Apostolique. — Que cette bénédiction, que Nous vous accordons de tout cœur à tous ici présents, se répande sur vos parents, sur vos familles et vos amis : qu'elle se répande sur toutes les corporations ouvrières de la France, sur leurs chefs, et leurs bienfaiteurs, et particulièrement sur l'œuvre des cercles catholiques d'ouvriers ; qu'elle se répande sur la France tout entière.

Apostolica benedictione muniti.

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales

DE INSTANTE IUBILAEO AC DE REBUS ITALIAE.

25 NOVEMBRIS 1887.

Deo gratus,

ANNIVERSARIA die appetente, qua ante annos quinquaginta sacerdotali consecratione accepta, sacris ad altare operati primum sumus, Deo immortali maximas, ut aequum est, gratias et agimus et habemus, quod Nos ad hanc aetatem incolumes benigne conservarit. Simul vero temperare animo non possumus, quin libens et gratus cogitatione percurrat orbem christianum, eius rei caussa, non usitato modo gestientem. Neque enim dissimulabimus quod apparet et est in aliena laude non in Nostra ponendum : perspicitis enim, Venerabiles Fratres, quanta laetitiae publicae fiat significatio, quam sit voluntatum magnus consensus, quam varia et exquisita effusae pietatis testimonia. Omnes hominum ordines, cunctis terrarum partibus, privatim, publice, certant prosequi Nos omni genere officii : legationibus, litteris, peregrinationibus vel longinquis ultro susceptis, et missis ingenti numero muneribus, de quibus verissimum videtur, materiam et opus propensione superari voluntatis. Qua in re admirabiliter fulget Dei benignitas et virtus, qui in magnis Ecclesiae laboribus vires eius confirmat ac fulcit ; qui pro nomine suo certantibus solatia tribuit ; qui providentiae suae consilio ex malis ipsis uberem bonorum messem educit ; fulget item Ecclesiae gloria, quae originis vitaeque suae vim divinam ostendit, ac divinum, quo regitur vivitque, spiritum, quo fit ut fidelium mentes et voluntates uno eodemque vinculo invicem, itemque cum supremo Ecclesiae Pastore iungantur. — Iucundidatis sensus, quos haec omnia intuentes experimur, Venerabiles Fratres, ad Dei et Ecclesiae gloriam in conspectu vestro significamus, palamque profitemur, animum Nostrum tot ac tantis christiani populi in Nos studiis penitus permoveri, nec fieri posse,

Pontifex enumerat multifaria benevolentiæ testimonia, tum privata, tum publica, sibi occurrente jubilæo ab universo orbe præstita.

In quibus et divinam bonitatem fulgere,

et Ecclesiæ gloriam ac unitatem testatur,

tantæ conspirationis mentium memoriam usque servaturus.

ut eorum Nobis ullo unquam tempore excidat recordatio.

At longe alia ratione homines Ecclesiae infensi in hac nostra natione catholica commoventur. Non enim ad amplectenda pacis studia, sed ad bellum in Ecclesiam urgendum intenti,iuris nomen obtendentes iniuriis, nec dubitantes contumeliis suis populares iras contra hanc Apostolicam Sedem inflammare, novum gravemque Nobis et catholicis cunctis dolorem nuper inussere.

Bellum dein in Italia grassans queritur.

Quid enim aliud actum est recenti illa civilis potestatis sanctione, qua Italiae cives ecclesiastica lege *decimas* solvendi ab iis qui nulla hac in re auctoritate pollent, exempti sunt, nisi ut ius illud violaretur, quo Ecclesiae datum est ut bona, quae huius vitae sunt, acquirere, retinere, administrare libere queat ; quid aliud actum nisi ut cleri conditione in graviores rerum angustias coniicienda, minuatur ipsi facultas rationibus divini cultus consulendi, inopiae pauperum sublevandae, et ipsius sacri ministerii decus dignitatemque tuendi ?

Ecclesiasticam de decimis solvendis legem violatam luget, ejusdem violationis finem detegens.

Nec vero his finibus acerbitatum Nostrarum caussae continentur. Periculum enim Ecclesiae impendet, idque gravissimum, ex lege etiam quae perferenda dicitur, quaeque principium ducit ex iis doctrinis quibus Ecclesiae status divinitus constitutus evertitur. Agitur enim de patrimonii ecclesiastici ratione novis civilis potestatis devincienda legibus, quae eo spectant ut omni vi canonicarum legum, quae de bonis Ecclesiae latae sunt, sublatâ, omnique Ecclesiae in bona sua iure adempto, tota in iisdem bonis auctoritas et ius in civilem potestatem transferatur : administratio autem eorumdem bonorum et procuratio laicis viris a populo electis tradatur, qui, auctoritate Ecclesiae summota, rei publicae dumtaxat administris et civili iurisdictioni subiiciantur. Videtis, Venerabiles Fratres, quo vulnere Ecclesiam sauciaret nova lex, si iussa fuerit, quia non modo disciplinam perturbaret, sed et potestatem et libertatem Ecclesiae laederet, adeo ut dum ex una parte laicis viris ad Ecclesiam vexandam arma non obscure traduntur, ex altera in ministerio ipso suo, in ipsa divini cultus ratione, in ipso catholicae institutionis munere, alieno pendere cogatur arbitrio.

Insuper mox perferendam legem de patrimonio ecclesiastico, utpote juri canonico contrariam, atque oppressivam, vehementer damnat.

25 NOVEMBRIS 1887.

Demum a scholis publicis iuventuti timendum declarat.

— Est et alia caussa, quae Nos vacuo a sollicitudine animo esse non sinat : scilicet iuventuti metuimus, cum multi illuc spectent ut publicarum scholarum alumni magis ac magis potestati Ecclesiae vel in ipsa religionis institutione subducantur. Quae res praesertim apud catholicos perspicuum est quantum a iustitia discrepet, et quanti publice privatimque mali materiam contineat.

Haec pericula prospicientes, vehementer angimur huius catholicae nationis caussâ, quum Nobiscum reputemus luctuosa mala, quibus populi misere obruuntur, religione contempta.

Quas Italiæ calamitates, pericula quæ continent prospiciens, orbi significat, Dei ope cæterum plane confisus.

Nos haec hodie, ex hoc loco, vobis, Venerabiles Fratres, et universo catholico orbi significamus, Deum rogantes ut publicas Italiae res in melius vertat, efficiatque ut omnium consilia et opera ad verum patriae bonum et decus dirigantur. — Ceterum, Venerabiles Fratres, omnem fiduciam nostram in Eius potentia et benignitate collocemus : videt enim Deus de monte sancto suo labores populi sui, et quamvis brachii sui virtuti explicandae moram faciat,tamen, praestituta consiliis suis maturitate, opportunam Ecclesiae suae opem deesse non patitur.

Nunc vero Apostolici officii ratio postulat, ut variis catholici orbis Ecclesiis novos pastores praeficiamus.

EPISTOLA

Ad archiepiscopos et episcopos Bavariae

DE REBUS BAVARIAE.

22 DECEMBRIS 1887.

OFFICIO sanctissimo adducti muneris Apostolici, multum diuque, ipsi nostis, contendimus, ut res Ecclesiae catholicae apud Borussos haberent aliquando melius, atque in gradum dignitatis suum restitutae, ad honorem pristinum amplioremque florescerent. Quae consilia, qui labores Nostri, aspirante Deo et iuvante, sic processere, ut praeteritam querimoniam lenierimus, et spe teneamur de libertate catholici nominis plene ibidem tranquilleque fruenda. — Nunc autem animus est cogitationes et curas, singulari quodam studio, ad Bavaros convertere. Non eâ quidem caussa quod rem sacram eodem esse loco in Bavaria atque in Borussia erat, putemus ; sed hoc optamus et cupimus, ut isto quoque in regno, quod catholica professione ab avis maioribusque gloriatur, incommoda quotquot insident de libertate detrahentia Ecclesiae catholicae, opportune resecentur. — Cuius maxime salutaris propositi ut ad effectum perveniamus, volumus et omnes aditus explorare, qui reliqui dentur, et quantum in Nobis auctoritatis opisque est sine cunctatione conferre. Atque vos opportune appellamus, Venerabiles Fratres, vestrâque opera filios Nostros e Bavaria carissimos appellamus omnes, ut quaecumque ad rationes fidei et religionis in gente vestra curandas et provehendas pertinere videantur, ea vobiscum pro potestate communicemus, de iis tribuamus consilia, de iisque ad ipsos civitatis rectores fidenter instemus.

Relevatis rebus Ecclesiæ apud Borussos,

sese ad Bavaros Pontifex convertit.

Ad medendum rebus ejusdem apud ipsos opem suam pollicetur, auxiliante antistitum ordine.

In sacris Bavarorum fastis, res repetimus haud incognitas vobis, bene multa sunt, de quibus Ecclesia et civitas concordem capiant laetitiam. Nam fides christiana, ex quo divina eius semina, curâ studioque summo sancti abbatis *Severini*, qui Norici apostolus extitit, aliorumque Evangelii praeconum, in gremio regionis vestrae sunt sparsa, tam altas egit fixitque radices, nullâ ut deinceps neque superstitionis immanitate, neque rerum publicarum perturbatione

Fasta Ecclesiæ Bavariæ repetit a S. Severino Abbate, Norici apostolo,

et conversione exaruerit penitus. Quare, sub exitum saeculi septimi, factum est, ut, quum *Rupertus* episcopus sanctus Vormatiensis, Theodone invitante Bavariae duce, christianam fidem per easdem regiones exsuscitandam amplificandamque agressus esset, sane multos, tum cultores fidei, tum eius amplectendae studiosos, in media superstitione repererit. Ipse autem eximius princeps, Theodon, quo fidei urgebatur ardore, romanum iter suscepit, et pronus ad sepulcra SS. Apostolorum, itemque ad augustum IESU CHRISTI Vicarium, exemplum pietatis et coniunctionis Bavariae cum hac Apostolica Sede primus edidit nobilissimum, quod alii subinde egregii principes sunt religiose imitati. — Per idem tempus Cardinalis *Martinianus*, episcopus Sabinensis, a sancto Pontifice Gregorio II in Bavariam legatus est, qui rebus catholicis subsidia et incrementa afferret, sociique additi *Georgius* et *Dorotheus*, Cardinales ambo Ecclesiae romanae. Non ita multo post Romam ad summum Pontificem profectus est *Corbinianus* Episcopus Frisingensis, vir sanctimonia vitae suique despicientia insignis, qui apostolicos Ruperti labores pari laborum industria confirmavit et auxit. Cui vero laus debetur prae ceteris, aluisse et excoluisse fidem in Bavaris, is facile est sanctus *Bonifacius*, Archiepiscopus Moguntinus ; ipse qui Germaniae christianae pater, apostolus, martyr immortali verissimoque praeconio celebratur. Hic legationes peregit a romanis Pontificibus, Gregoriis II et III ac Zacharia, quorum maxima semper floruit gratia ; eorumdemque nomine et auctoritate regiones Bavariae in dioeceses descripsit, atque ita hierarchiae ordinibus constitutis, insitam fidem ad perpetuitatem commendavit. *Ager dominicus* (scribente ad ipsum Bonifacium S. Gregorio II), *qui incultus iacebat, et spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuae doctrinae exarante, semen verbi suscepit, et fertilem messem protulit fidelitatis* (1). — Illo ex tempore Bavarorum religio, quantumvis aetatum decursu tentata acerrime, ad omnes rerum civilium casus salva et constans permansit. Etenim secutae sunt quidem turbae

ad S. Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum, hierarchiæ catholicæ in his regionibus auctorem.

1. Ep. XIII ad Bonifacium. — Cfr. Labbeum Collect. Conc. V. VIII.

illae et contentiones imperii adversus sacerdotium, asperae, diuturnae, calamitosae ; in iis tamen plus vere fuit Ecclesiae quod laetaretur in Bavaris, quam quod doleret. Summa autem consensione, a Gregorio XI, Pontifice legitimo, ipsi steterunt, effrenatâ dissidentium audacia neutiquam dimovente, frustra minitante ; et, quod perarduum erat, longo inde intervallo, nihil vi atque impetu Novatorum absterriti fidei integritatem et veterem cum romana Ecclesia coniunctionem religiose semper servarunt. Quae virtus et firmitudo patrum vestrorum eo magis praedicanda est, quod populos fere omnes eorum finitimos nova secta misere subegisset. Sane Bavaris, qui eo erant luctuoso tempore, illa apposite congruebant, quibus Gregorius idem II catholicos Thuringiae homines, a S. Bonifacio christiana sapientia imbutos, multo ante affatus erat, meritae commendationis gratiâ, in quadam epistola ad optimates : *Insinuatam nobis magnificae in Christo fidei vestrae constantiam agnoscentes, quod paganis compellantibus vos ad idola colenda, fide plena responderitis, magis velle feliciter mori, quam fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare ; nimia exultatione repleti, gratias debitas persolvimus Deo nostro et redemptori, bonorum omnium largitori, cuius gratia comitante, vos ad meliora et potiora optamus proficere, et ad confirmandum fidei vestrae propositum sanctae Sedi Apostolicae religiosis mentibus adhaerere, et, prout opus poposcerit sacrae religionis, a memorata sancta Sede Apostolica, spirituali omnium fidelium matre, solatium quaerere, sicut decet filios cohaeredes regni a regali parente* (1).

22 DECEMBRIS 1887.

Inde, cum per duellium imperium inter et sacerdotium,

tum per Novatorum seditiones, fida exstitit Bavaria, etsi secta circumdata ;

jure olim a Gregorio II laudata.

Etsi vero Dei miserentis gratia, quae superiore memoria gentem vestram tutata est benignissimeque complexa, optime in posterum tempus augurari, optime sperare Nos iubet, nihilominus ea omnia, quoad suae cuiusque sunt partes, praestare debemus, quae plus habeant efficacitatis ad damna religionis sive accepta sarcienda, sive imminentia prohibenda ; ita ut christiana doctrina et instituta morum sanctissima ad plures quotidie se possint effundere laetissimisque fructibus latius redundare. Quod non eo dicimus,

Hinc omen felix pro futuris temporibus accipitur, adjecta Pontificis cura.

1. Ep. v Ad optimates Thuring. — Cfr. Labbeum, ib.

velut si caussa catholica idoneos magis minimeque timidos propugnatores apud vos desideraret : probe enim novimus vos, Venerabiles Fratres, unâque maiorem et saniorem partem tum sacri ordinis tum hominum externorum, haudquaquam frigere otiose ad certamina et pericula quibus cingitur premiturque ecclesia vestra. Quapropter sicut non absimili caussa decessor Noster Pius IX amantissimis litteris ad Episcopos Bavariae datis (1), praeclara eorum studia, sacris Ecclesiae rationibus tuendis impensa, summis laudibus extulit ; ita perlibenter Nos iustam singulis laudem ultro palamque tribuimus, quotquot ex Bavaris defensionem religionis avitae susceperunt fortiter et egerunt. Verum, quibus temporibus providentissimus Deus Ecclesiam suam saevis procellis agitari permittit, acriores ipse a nobis animos viresque in auxilium paratiores optimo iure deposcit. Vos autem ad unum, Venerabiles Fratres, aeque ut Nos, dolenter videtis quam aliena et quam iniqua in tempora Ecclesia inciderit ; videtis cum primis quo se loco habeant res vestrae, et quibus vosmetipsi difficultatibus conflictemini. Ergo intelligitis experiendo, munera vestra maiorem quam antehac habere in praesentia amplitudinem, ad eaque vigilantiam et actionem, robur et prudentiam christianam debere vos enixius intendere.

Bavariæ Ecclesiam a Pio IX merito celebratam, Leo XIII pariter commendat.

Sed crescentibus difficultatibus ad augmentum vigilantiæ et roboris animos incitat.

Ac primum omnium ad clerum parandum et ornandum, auctores vobis hortatoresque sumus. — Clerus nimirum instar exercitus est, qui, quoniam instituta sua et suorum perfunctio munerum ita ferunt, ut, sub magisterio episcoporum, cum christiana multitudine assiduo fere usu versetur, decus idcirco praesidiumque tanto amplius est rei publicae allaturus, quanto et numero praestet et disciplina. Quapropter Ecclesiae haec fuit semper antiquissima cura, ut illos deligeret educeretque ad sacerdotium adolescentes, *quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros* (2); eademque, *ut adolescentium aetas... a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines*

Imprimis parandus, ornandus CLERUS, *utpote præsulum exercitus.*

Antiquissima hæc Ecclesiæ cura,

1. Litt. *Nihil Nobis gratius*, die 20 Februarii a. 1851. — 2. Conc. Trid. Sess. 23, de reform. c. 18.

possideat (1); ipsis proprias sedes et ephebea condidit, atque regulas, in sacro praesertim Concilio Tridentino (2), sapientiae plenas praescripsit, *ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit* (3). Alicubi quidem quaedam latae sunt valentque leges, quae sin minus impediunt, interturbant quominus uterque clerus sua sponte confletur, suâque disciplina instituatur. Nos hac in re, quae tanti interest quanti interesse maxime potest, sicut alias, ita nunc oportere existimamus, sententiam Nostram aperte eloqui, et omni qua possumus ratione ius Ecclesiae sanctum inviolatumque retinere. Ecclesiae nimirum, quippe quae societas sit genere suo perfecta, ius nativum est cogendi instruendique copias suas, nocentes nemini, plurimis auxiliantes, in pacifico regno quod saluti humani generis IESUS CHRISTUS in terris fundavit.

22 DECEMBRIS 1887.

nonnisi injuste impedienda.

Est enim Ecclesia perfecta societas.

Clerus autem concredita sibi officia integre profecto et cumulate explebit, ubi, curam Episcopis adhibentibus, talem e sacris seminariis disciplinam mentis animique sit nactus, qualem dignitas sacerdotii christiani et ipse temporum morumque cursus requirit; eum scilicet oportet doctrinae laude, et, quod caput est, summa laude virtutis excellere, ut animos hominum conciliet sibi atque in observantiam adducat.

Quale doctrina et virtutibus seminarium, talis clerus.

Christiana sapientia, qua luce mirifica abundat, in omnium oculis niteat necesse est, ut tenebris inscientiae, quae est religioni maxime inimica, dispulsis; veritas longe lateque se pandat et feliciter dominetur. — Etiam refellantur oportet et convellantur errores multiplices, qui, vel ignorantia vel improbitate vel praeiudicatis opinionibus exorti, mentes hominum perverse avocant a veritate catholica, et quoddam animis fastidium eius aspergunt. Hoc munus permagnum quod est *exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere* (4), ad ordinem pertinet sacerdotum, qui legitime habuerunt a Christo Domino impositum, quum divinâ ille potestate dimisit ad gentes universas docendas : *Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni*

Clerus, lux mundi, sapientia *indiget,*

ut veritatis regnum extendere valeat,

erroresque convellere.

1. Sess. 23, de reform., c. 18. — 2. Ib. — 3. Ib. — 4. Tit., 1, 9.

Quod munus in prioribus Ecclesiæ sæculis Patres ac Doctores gloriose executi sunt, ethnica superstitione profligata.

creaturae [1] ; ita plane ut episcopi, in apostolorum locum sublecti, praesint magistri in Ecclesia Dei, presbyteri adiutores accedant.— Sanctioribus hisce partibus plene perfecteque, si alias unquam, satis factum est in primordiis religionis nostrae saeculisque consequentibus, per eam, quae diu exarsit, maximam dimicationem cum ethnicae superstitionis tyrannide : unde tam amplam cohors sacerdotalis collegit gloriam, amplissimamque sanctissimus ordo Patrum et Doctorum, quorum sapientia et eloquentia in omnem memoriam et admirationem florebunt. Per ipsos nempe doctrina christiana subtilius tractata, uberius explicata, pugnacissime defensa, eo magis veritate et praestantia patuit suâ, prorsus divinâ : contra iacuit doctrina ethnicorum, vel indoctis redarguta et contempta, ut quae nihil sibi consentanea, perabsurda, inepta. Nequidquam vero connisi sunt adversarii, ut cursum eum sapientiae catholicae tardarent et intercluderent; nequidquam graecae scholas philosophiae, platonicam in primis et aristoteleam, magnificentioribus sane verbis obiecerunt. Nostri enim neque istud quidem certaminis genus declinantes, ad philosophos ethnicos applicuerunt ingenia et studia : quae quisque eorum professus esset, incredibili paene diligentia scrutati, consideraverunt singula, expenderunt, contulerunt : multa sunt ipsis reiecta aut emendata, non pauca ex aequo probata et accepta : hoc etiam ab ipsis apertum et prolatum est, ea quidem quae ipsâ ratione et intelligentia hominis falsa esse revincantur, ea tantummodo adversari doctrinae christianae, adeo ut huic doctrinae qui obsistere velit et refragari, idem suae ipsius necessario obsistat et refragetur rationi. Istiusmodi pugnatae sunt pugnae a patribus illis nostris, atque illustres partae victoriae, eaeque non virtute modo armisque fidei partae, sed auxiliis quoque humanae rationis : quae scilicet, lumen praeferente sapientia caelesti, ex rerum ignoratione complurium et quasi ex errorum silva, veritatis iter pleno gradu erat ingressa. — Haec sane admirabilis fidei cum ratione consensio et conspiratio, quamquam operosis

Perpensis philosophorum scriptis, fidem et rationem plane esse concordes ostenderunt.

Quos inter doctores eminent

1. Marc., XVI, 15.

multorum studiis ornata est, tamen, in uno velut constricta aedificio unoque in conspectu exposita, elucet vel maxime in opere S. Augustini quod est *De Civitate Dei*, pariterque in *Summa* utrâque S. Thomae Aquinatis : quibus libris conclusa profecto habentur quaecumque erant a quibusque sapientibus acute cogitata et disputata, ex iisque licet capita et fontes arcessere eius eminentis doctrinae quam nominant theologiam christianam.— Exemplorum tam insignium memoria utique per hos dies replicanda et fovenda est clero, quando ab adversis partibus vetera passim arma exacuuntur, vetera ferme praelia renovantur. Tantum hoc, quod olim repugnabant ethnici christianae religioni, ne ab inveteratis numinum ritibus institutisque deducerentur ; nunc autem perditissimorum hominum opera pessima in eo certat, ut e christianis populis divina omnia documenta et pernecessaria, quae sacrâ cum fide sunt indita, stirpitus evellant, atque eos deterius ethnicis habeant in miseriamque devolvant maximam, in omnis videlicet fidei religionisque contemptum et eversionem. Cuius impurae pestis, qua nulla est detestabilior, illi initia fecere, qui homini tribuerunt naturâ tantum, ut de doctrina divinitus data posset quisque pro ratione iudicioque suo cognoscere et decernere, minime vero auctoritati subesse deberet Ecclesiae et Pontificis romani, quorum unice est, divino mandato et beneficio, eam doctrinam custodire, eam tradere, de ea verissime iudicare. Inde praeceps via patebat, patuit autem illis miserrime, ad omnia inficianda et amandanda quae sunt supra naturam rerum et captum hominis posita : tum auctoritatem esse ullam, quae a Deo dimanet, ipsumque Deum esse, impudentius pernegaverunt ; delapsi postremo in commenta et *Idealismi* insulsa et *Materialismi* abiectissima. Hanc tamen maximarum rerum inclinationem, qui *Rationalistae* vocantur quive *Naturalistae*, progressionem scientiae, progressionem societatis humanae, mentito nomine, appellare non dubitant, quae revera utriusque pernicies est atque excidium.

Itaque, Venerabiles fratres, cognitum perspectumque habetis quali ratione et via alumnos Ecclesiae erudiri oporteat ad maiores doctrinas, ut convenienter temporibus uti-

22 DECEMBRIS 1887.

Augustinus et Thomas Aquinas, imprimis operibus De Civitate Dei *et* Summa *utraque.*

Instaurandenda hodiedum hæc pugna cum neoethnicis,

qui, ducibus Novatoribus sæc. XVI, specie progressionis, per abrupta idealismi, materialismi, *ad excidium humanam societatem conducunt.*

Quare clerus rite formatus ad hos debellandos exsurgat.

literque in muneribus suis versentur. Hi nimirum, ut erunt humanitatis artibus informati et politi, praestantissima sacrae theologiae studia ne attingant prius quam diligentem adhibuerint praeparationem in studio philosophiae. — Philosophiam eam intelligimus, intimam solidamque, altissimarum indagatricem caussarum, patronam optimam veritatis; cuius virtute neque ipsi fluctuent neve abripiantur *omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris* (1), et queant etiam doctrinis ceteris adiumenta veritatis subministrare, captionibus praestigiisque opinionum discussis et refutatis. Huius rei gratia, ut opera magni Aquinatis essent in manibus et assidue apteque exponerentur iampridem monuimus, idemque saepius inculcavimus verbisque gravissimis ; et gestit animus optimos inde fructus esse a clero perceptos, perquam optimos uberrimosque spe certa exspectamus. Scilicet disciplina Doctoris Angelici mire facta est ad conformandas mentes, mire usum parit commentandi, philosophandi, disserendi presse invicteque : nam res singulas dilucide monstrat aliam ex alia continua serie pendentes, omnes inter se connexas et cohaerentes, omnes ad capita pertinentes suprema ; tum in contemplationem erigit Dei, qui rerum omnium et caussa effectrix est et vis et summum exemplar, ad quem demum omnis philosophia et homo quantus est, debent referri. Sic vere per Thomam scientia rerum divinarum et humanarum, caussarumque, quibus hae res continentur, quum praeclarissime illustrata, tum firmissime munita est : cuius conflictione disciplinae, veteres sectae errorum penitus corruerunt, itemque novae, nomine potius et specie, quam re illis dispares, simul emisere caput, et eiusdem ictibus deiectae interciderunt ; quod iam non unus ostendit de scriptoribus nostris. Ratio quidem humana ad cognitionem rerum interiorem reconditamque liberâ vult acie penetrare, nec non velle potest : verum Aquinate auctore et magistro, hoc ipso facit expeditius et liberius, quia tutissime facit, omni procul periculo transiliendi fines veritatis Neque enim libertatem

Humanitatis stadio emenso, philosophia optima imbuatur.

Opera Aquinatis sedulo pervolvat :

sunt enim præclarissima mentis disciplina.

In his reperitur ad contemplationem via,

errorum tum veterum tum recentium confutatio,

tuta disquisitionis libertas.

1. Ephes., IV, 14.

recte dixeris, quae ad arbitrium libidinemque opiniones consectatur et spargit, immo vero licentiam nequissimam, mendacem et fallacem scientiam, dedecus animi et servitutem. Ille reapse sapientissimus Doctor intra veritatis fines graditur, qui non modo cum Deo, omnis veritatis principio et summa, nunquam decertat, sed ipsi adhaeret semper arctissime semperque obsequitur, arcana sua quoquo modo patefacienti ; qui neque sancte minus Pontifici romano est dicto audiens, et auctoritatem in eo reveretur divinam, et *subesse romano Pontifici* tenet omnino *de necessitate salutis* (1). — Eius igitur in schola adolescat et exerceatur clerus ad philosophiam, ad theologiam : existet enim vero doctus et ad sacra praelia valens quam qui maxime.

22 DECEMBRIS 1887.

Qualis doctor catholicus esse debeat, paucis declaratur.

Lux tamen doctrinae a clero in christiani populi ordines diffundenda vix dici potest quam magnam habeat utilitatem, si quasi e candelabro virtutis effulserit. — In praeceptis enim, quae sunt ad corrigendos hominum mores, plus fere possunt, quam dicta, facta magistrorum ; nec quisquam negotio tam facili habiturus est ei fidem, cuius a dictis praeceptisque discrepent facta. In IESUM CHRISTUM Dominum oculos intendamus et mentes : qui, ut *veritas* est, perdocuit nos quae credere deberemus, ut *vita* est et *via*, semetipsum proposuit nobis exemplar absolutissimum, quo modo ageremus honeste vitam et bonum ultimum studiose appeteremus. Ipsemet discipulos suos ita de se voluit institutos et perfectos : *sic luceat lux vestra*, hoc est doctrina, *coram hominibus, ut videant opera vestra, bona*, non secus atque doctrinae argumenta, *et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est* (2), doctrinam in unum et bonitatem Evangelii complexus, quod ipsis ad propagandum committebat. — Sunt haec nempe instituta divina, quibus vita sacerdotum componatur et dirigatur oportet. Omnino oportet et necesse est habere eos sibi persuasum ac prope insculptum in animis, se iam non de saeculi esse consortione, at vero Dei consilio electos esse, qui, in communione saeculi aetatem agentes, vitam tamen Christi Domini vivant. Qui, si

Lux doctrinæ e candelabro virtutis *effulgeat.*

Magister et exemplar Christus sit.

A sæculo, Ipso vocante, segregati, ministri Christi vita ipsius vivant non jam sua :

1. Opusc. *Contra errores Graecorum*. — 2. Matth., V, 16.

Humiles, sobrii, benefici, obedientes propriis pastoribus, pastorique supremo.

de ipso in ipsoque vere vivant, minime *quae sua sunt* quaeritabunt, sed in iis profecto toti erunt *quae sunt Iesu Christi* (1), neque hominum captabunt inanem gratiam, sed gratiam Dei solidam expetent : ab his autem infimis rebus et corruptelis abstinebunt, abhorrebunt, et lucra bonorum caelestium industrie facientes, de iis effundent large hilareque, ut sanctae est caritatis : nusquam porro committent, ut iudicio et arbitrio Episcoporum aut opponant aut anteferant suum, sed ipsis parendo et obediendo personam gerentibus Christi, felicissime elaborabunt in vinea Domini, copiâ fructuum lectissimorum ad vitam sempiternam mansura. Quisquis vero se a pastore suo atque a pastorum maximo, romano Pontifice, sententia et voluntate abiungit, nullo pacto coniungitur Christo : *Qui vos audit, me audit ; et qui vos spernit, me spernit* (2) : quisquis autem est a Christo alienus, dissipat verius quam colligit. — Ex quo praeterea species modusque obtemperationis hominibus debitae, qui antecedunt publica potestate, in promptu est. Nam longissime abest, ut sua ipsis iura velit quispiam abnuere et derogare ; ea potius et ab aliis civibus observanda diligenter sunt et a sacerdotibus diligentius : *Reddite quae sunt Caesaris Caesari* (3). Nobilissima enim atque honestissima sunt munia, quae viris principibus Deus, dominator rectorque summus, imposuit, ut consilio, ratione, omnique custodia iustitiae civitatem moderentur, conservent, augeant. Proinde clerus singula civium officia accuret et exsequatur, non in morem servientis, sed reverentis ; propter religionem, non propter metum ; simul cum iusto obsequio, dignitatem suam tuentes, iidem cives et sacerdotes Dei. Quod si quando fiat, ut civile imperium in iura Dei et Ecclesiae invadat, tum esto a sacerdotibus insigne exemplum, quemadmodum homo christianus, formidolosis religioni temporibus, in officio perstare debeat : multa is, incolumi virtute, tacitus ferat ; in tolerando male facta sit cautus, neque improbis ulla in re assentiat neve assentetur: re autem urgente in alterutrum, Dei ne recusanda iussa an

Sed et Cæsari quæ Cæsaris sunt sedulo reddant,

memores dignitatis potestatis civilis.

Ita tamen ut orto conflictu, Deo magis quam hominibus pareant.

1. Philipp., II, 21. — 2. Luc., X, 16. — 3. Matth., XXII, 21.

gratificandum hominibus, memorabile illud dignissimumque Apostolorum responsum libera voce usurpet : *Oportet obedire Deo magis quam hominibus* (1).

22 DECEMBRIS 1887.

Valde curanda totius INSTITUTIO JUVENTUTIS.

Ad hoc veluti adumbratum specimen de ratione sacrae iuventutis colendae, adiicere libet et aequum est, quae ad iuventutem in universum pertinent : eius enim institutio valde Nos sollicitos habet, ut, sive ad cultum mentis sive ad perfectionem animi, recte admodum integreque succedat. — Novellam aetatem materno Ecclesia semper fovit complexu ; eius praesidio labores plurimos amantissime impendit et plurima adiumenta paravit ; in his, familias nonnullas hominum religiosorum constitutas, quae adolescentiam erudirent in artibus et doctrinis, ac praecipue ad sapientiam alerent virtutemque christianam. Sic auspicato fiebat ut in animos teneros pietas erga Deum facile influeret, ex qua officia hominis in se aliosque et patriam maturrime explicata, maturrime etiam in optimam spem florerent. Ecclesiae igitur iusta nunc est ingemendi caussa, quum videat in primis aetatulis filios suos a se divelli, atque in eos compelli litterarios ludos, ubi vel siletur omnino notitia Dei, vel mancum aliquid delibatur de ea perverseque miscetur ; ubi colluvioni errorum nulla repagula, nulla fides documentis divinis, nullus veritati locus ut se ipsa defendat. Atqui de litterarum doctrinarumque domiciliis auctoritatem Ecclesiae catholicae prohibere, maxime iniurium est, eo quod munus religionis docendae, eius videlicet rei qua nemo homo non indiget ad salutis aeternae adeptionem, Ecclesiae a Deo sit datum ; nulli vero alii datum est hominum societati, neque societas ulla sibi potest adsciscere ; ideoque ipsa suum propriumque ius merito affirmat, labefactum conqueritur. — Cavendum insuper est vehementerque curandum, ut in scholis quae ditionem Ecclesiae vel omnino vel partim excusserint, ne quod iuventus periculum subeat neve ullum in fide catholica morumque honestate detrimentum capiat. In quo quidem et cleri et virorum

Quo magis Ecclesia de hac merita est,

eo justius defrustrato suo opere ingemiscit.

Munus religionem docendi Ecclesiæ, ipsique soli cælitus commissum.

Bonorum est invigilare ne scholæ, excussa Ecclesiæ ditione, et

1. Act., V, 29.

doctrina falsa et moribus pravis corrumpantur.

proborum sollertia multum valebit, tum si laborent ut religionis doctrina non solum e scholis illis non exturbetur, sed, quo par est, loco maneat, maneatque apud magistros idoneos et spectatae virtutis, tum si alia quaedam praesidia inveniant et comparent, quibus ea ipsa doctrina incorrupte et commode iuventuti impertiatur. — Valebunt autem permultum consilia et opera patrumfamilias sociata. Quare opus est admonitione ad eos et hortatione quanta fieri possit gravissima: velint animadvertere, quam magna sanctaque officia sibi cum Deo intercedant de liberis suis; ut scientes religionis, bene moratos, Deum pie colentes educare debeant; ut faciant damnose, si aetatem credulam et incautam suspectis praeceptoribus in discrimen committant. Hisce in officiis, simul cum procreatione liberorum susceptis, noverint patresfamilias, totidem iura inesse secundum naturam et aequitatem, atque esse eiusmodi, de quibus nihil liceat sibi remittere, nihil cuivis hominum potestati liceat detrahere, quum, officiis solvi quibus homo teneatur ad Deum, sit per hominem nefas. Hoc igitur parentes reputent, se magnum quidem onus gerere de liberorum tuitione, multo tamen gerere maius, ut eos ad meliorem potioremque vitam, quae animorum est, educant: quod ubi per se ipsi praestare nequeant, suum prorsus esse vicaria opera aliorum praestare, ita ut necessariam religionis doctrinam ex magistris probatis audiant liberi et percipiant. Iam illud non infrequens est exemplum sane pulcherrimum religionis munificentiaeque, ut, quibus locis scholae nullae publice paterent nisi quae *neutrae* vocantur, catholici viri magnis laboribus et sumptibus aperuerint certas suas, et pari constantia sustentent. Praeclara haec et tutissima iuventutis perfugia, ubi opus est, pro rerum et locorum rationibus, alia atque alia constitui maxime optandum.

Suas quoque partes agere docentur patres familias.

Rationem de liberorum institutione sibi reddendam sciant.

Ad scholas neutras vitandas, catholicas propriis sumptibus sustentare procurent.

Neque silentio praetereundum est, christianam iuventutis institutionem in maximam ipsius reipublicae verti utilitatem. — Sane liquet innumerabilia et ingentia damna ei civitati metuenda esse, in qua docendi ratio et disciplina sit expers religionis, aut, quod est deterius, ab ea dissideat. Statim enim ac posthabitum et contemptum sit supremum

Maxime interest reipublicæ bona juventutis institutio.

illud divinumque magisterium, cuius admonitione iubemur vereri Dei auctoritatem, eiusdemque firmamento omnia Dei oracula tenere certissima fide, iam proclivis est humanae scientiae ad perniciosissimos errores, in primis *naturalismi* et *rationalismi*, ruina. Hinc fiet, ut iudicium arbitriumque de rebus intelligendis, ac proclivius de agendis, homini cuilibet permittatur, et continuo publica imperantium auctoritas debilitata iaceat et afflicta : quibus namque inserta sit pessima opinio, se nullo pacto obligari dominatione et rectione Dei, permirum sane si hominis ullum imperium observent et patiantur. Fundamentis vero in quibus omnis auctoritas nititur, excisis, societas coniunctionis humanae resolvitur et dissipatur, nulla erit res publica, dominatus armorum plenus et scelerum occupabit omnia. Num vero tam funestam calamitatem possit civitas, suis ipsa opibus freta, deprecari ? num possit, Ecclesiae subsidia respuens ? num possit, cum Ecclesia confligens ? — Res prudenti cuique aperta manifestaque est. — Ipsa igitur civilis prudentia suadet, in iuventute erudienda et instituenda suam partem episcopis et clero esse relinquendam ; diligenterque providendum, ne ad nobilissimum docendi munus homines vocentur vel de religione languidi et ieiuni, vel palam aversi ab Ecclesia. Quod quidem intolerabilius esset, si huiusmodi ingenii homines deligerentur ad doctrinas sacras, omnium praestantissimas, profitendas.

22 DECEMBRIS 1887.

Spreta namque divina auctoritate,

mox et quævis humana spernatur oportet, unde societas dissipetur.

Proin civilis potestas, si prudens sit, Ecclesiam iurium suorum tutricem adhibebit.

Praeterea interest quam maxime, Venerabiles Fratres, ut pericula avertatis et propulsetis, quae gregibus vestris a contagione *massonum* impendent. — Huius tenebricosae sectae consilia et artes quam sint nequitiae plena et quam exitiosa civitati, docuimus alias, singularibus litteris Nostris encyclicis, nec non adiumenta indicavimus, quibus vires eius oporteat reprimi et enervari. Nec profecto erit satis unquam praemonitum, caveant christiani a tali scelerum factione : haec enim, quamquam odium grave in Ecclesiam catholicam principio concepit asperiusque deinde obfirmavit et quotidie inflammat, non tamen perpetuo inimicitias apertas exercet, at saepius agit versute et dolose, maximeque adolescentiam,

Greges insuper a MASSONIBUS *defendendi sunt.*

Tenebricosæ sectæ ratio et consilia exponuntur.

quae rerum ignara est et inops consilii, miserabiliter irretit, simulata quoque specie pietatis et caritatis. — Quod est autem cautionis ab iis qui fide a catholicis discrepant, probe tenetis Ecclesiae praescripta, ne qua inde damna in christianum populum vel consuetudine vel pravitate opinionum dimanent. Videmus equidem et vehementer dolemus, facultatem Nobis ac vobis haud parem esse atque voluntatem et studium haec ipsa pericula penitus avertendi : attamen alienum non putamus, sollicitudinem vestram pastoralem incitare, et alacritatem simul acuere hominum catholicorum, si communibus studiis removeri possint aut sublevari quaecumque obsistunt communibus votis. *Assumite*, cohortatione utimur sancti decessoris Nostri Leonis Magni, *religiosae sollicitudinis pium zelum, et contra saevissimos animarum hostes omnium fidelium cura consurgat* (1).

Sed et caveatur a nimio cum non catholicis commercio.

Obstàcula heic opponi dolet Pontifex.

Itaque, excussa, si qua incederit, segnitia et desidia, caussam religionis et Ecclesiae tamquam suam bonus quisque suscipiat ; pro eaque fideliter et perseveranter propugnet. — Usuvenit enim, ut nequam homines ex inertia ac timiditate bonorum, improbitatem suam et licentiam nocendi confirment, atque etiam proferant. Sit sane, catholicorum conatus et studia minus interdum ad ea posse quae in sententia et spe habeantur : at satis in utramque partem profectura sunt, scilicet ad adversarios coercendos, et ad animos infirmos abiectosque roborandos, praeter eam magnam utilitatem quae posita est in secura officii conscientia. Quamquam, neque istud quidem facile dederimus, sollertiam et operam catholicorum, recto et perseverante consilio adhibitam, effectu suo carere. Nam semper factum est fietque semper, ut res summis difficultatibus implicatae et undique obseptae, praeclare tandem eveniant, modo animose, uti monuimus, fortiterque agantur, comite et ministra christiana prudentia. Quippe veritas, cui homo a natura cupidissime studet, mentes aliquando pervincat necesse est : ea quidem perturbationibus morbisque animi tentari atque obrui potest, extingui non potest. — Quod opportunius convenire in Ba-

Ad sollertiam et vigorem excitat catholicos.

Fructus hujus sollertiæ indicat.

1. Serm. XV, c. 6.

variam non una de caussa videtur. Huic enim, quoniam Dei beneficio in regnis catholicis numeratur, non tam opus est fidem sanctam accipere, quam acceptam a patribus custodire et fovere : praeterea, qui nomine publico auctores sunt legum ad rempublicam temperandam, ii magnam partem catholici ; catholici item quum sint plerique cives et incolae, minime dubitamus quin matri suae, Ecclesiae laboranti, omni velint ope favere et succurrere. Ergo, si tam impense acriterque, ut debent, contendant omnino omnes, sane quam felices curarum exitus, auspice Deo, laetari licebit. Equidem contendant omnes praecipimus, eo quia sicut nihil est perniciosius discordia, ita nihil est praestabilius et magis efficax consensione concordiaque animorum, collectis viribus ad unum idemque nitentium. Ad haec, bene catholicis per leges suppetit medium quo conditionem habitumque rei publicae meliorem fieri expostulent, atque eum optent velintque statum, qui et Ecclesiae et sibi, si minus obsecundet et gratificetur, quod multo esset aequissimum, at non adversetur dure. Neque vero rectum erit cuiquam arguere et vituperare nostros, qui adiumenta huius generis quaerant : quibus enim adiumentis hostes catholici nominis ad licentiam uti consueverunt, id est, ut leges ab imperantibus eliciant et paene extorqueant odiosas libertati rei civilis sacraeque, nonne integrum sit catholicis eadem adhibere, atque ita adhibere, ut honestissimis modis religioni consulant, et ea tueantur bona, dotes ac iura, quae Ecclesiae catholicae divinitus collata sunt, quaeque ab universis qui praesunt qui subsunt, omni sunt honore afficienda ?

22 DECEMBRIS 1887.

Rationes ob quas in Bavaria multum pervaleat enumerat.

Quare instent catholici, ut bonis legibus, Ecclesiæ statui consulant.

Quibus enim mediis hostes religionis eam oppugnant, iisdem boni eam vindicent æquissimum est.

In bonis autem Ecclesiae, quae Nos ubique semperque conservare debemus, ab omnique iniuria defendere, illud certe praestantissimum est, tanta ipsam perfrui agendi libertate, quantam salus hominum curanda requirat. Haec nimirum est libertas divina, ab unigenito Dei Filio auctore profecta, qui Ecclesiam sanguine fuso excitavit, qui perpetuam in hominibus statuit, qui voluit ipsi ipse praeesse : atque adeo propria est Ecclesiae, perfecti divinique operis, ut qui contra eam faciant libertatem, iidem contra Deum faciant et contra officium. — Quod enim alias, nec semel diximus,

Imprimis Ecclesiæ libertas vindicanda,

Christi sanguine parta.

Sublimiorem scopum suum ideo constituit Deus Ecclesiam suam, ut bona animorum ultima, omnique natura rerum immensum maiora, haberet curanda, persequenda, largienda; utque, opibus fidei et gratiae, vitam a Christo in homines novam inferret, salutis sempiternae efficientem. *Ecclesia, societas perfecta, a civili discreta,* Quoniam vero cuiusque societatis et genus et iura a caussis propositisque maxime notantur unde ipsa exstiterit et quo contendat, haec facile sunt consequentia: Ecclesiam societatem esse tam a civili discretam, quam utriusque inter sese discernuntur proximae caussae et proposita; eamdem esse societatem necessariam, quae ad universitatem se porrigat generis humani, cum ad christianam vitam universi vocentur, atque ita, ut, qui recusent vel deserant, ablegentur perpetuo, vitae exsortes caelestis; esse potissimum sui iuris societatem, eamque praestantissimam, propter ipsam caelestium et immortalium bonorum, ad quae tota conspirat, excellentiam. *libere attingat oportet.* Iam vero liberae caussae, non videt nemo, liberam trahunt facultatem rerum adhibendarum, quotquot usui sunt futurae. — *Praecipua ad hoc media ipsi propria recensentur.* Sunt autem Ecclesiae, tamquam instrumenta, apta et necessaria, posse arbitratu suo christianam doctrinam tradere, sacramenta sanctissima procurare, cultu divino fungi, omnem cleri disciplinam ordinare et temperare: quibus muneribus beneficiisque instructam et apparatam voluit Deus Ecclesiam, solam eam providentissime voluit. Ipsi uni tamquam in deposito esse iussit res omnes afflatu suo hominibus enuntiatas; eam denique unam statuit interpretem, vindicem, magistram veritatis et sapientissimam et certissimam, cuius praecepta aeque singuli aeque civitates debeant audire et sequi; similiter constat mandata ab ipso libera Ecclesiae data esse de rebus iudicandis et statuendis quaecumque melius ad consilia sua conducerent. — Qua de re, sine caussa civilia imperia suspicionem et offensionem capiunt de libertate Ecclesiae, quum demum vel civilis vel sacrae potestatis idem sit principium, unice a Deo. *Sicut fides et ratio, ita Ecclesia et civilis potestas uno Deo auctore harmonice conspirant.* Ideoque non possunt inter se aut discrepare, aut impediri aut elidi, cum neque Deus constare sibi non possit, neque opera eius queant inter se pugnare; quin etiam miro commendantur caussarum rerumque concentu. Liquet praeterea Ecclesiam catholicam,

dum latius liberiusque, Auctoris sui iussis obtemperans, sua signa infert in gentes, nequaquam in fines excurrere potestatis civilis, eiusque rationibus aliqua re obesse ; sed tutari eas et munire ; ad eius vere similitudinem quod contingit in fide christiana, quae tantum abest ut humanae rationis luminibus obstruat, ut potius ipsi addat splendorem, vel quod ab erroribus opinionum avertat, ad quos prolabi humanum est, vel quod in spatium rerum intelligendarum amplius et excelsius admittat.

22 DECEMBRIS 1887.

Ad Bavariam quod attinet, rationes quaedam singulares huic Sedi Apostolicae cum ipsa intercedunt, eaeque pactis conventis ratae et sacratae. Eas quidem Apostolica Sedes, tametsi multa de iure suo paciscendo remiserit, integre tamen religioseque, ut solet, semper servavit ; nihilque unquam egit quod caussam querelarum ullam praeberet. Quapropter enixe optandum, ut utrinque stent utrobique conventa et rite observentur, cum ad verba, tum magis ad mentem eam qua scripta sunt. — Fuit quidem aliquando, quum perturbatio aliqua concordiae et querelarum caussa enata est ; eas tamen Maximilianus I, decreto facto, lenivit, iterumque Maximilianus II aequi bonique fecit, opportunis quibusdam temperamentis sancitis. Haec quidem ipsa recentioribus temporibus esse abrogata compertum est : Nobis tamen ex religione prudentiaque Principis, qui gubernacula tenet regni Bavarici, admodum est quod confidamus futurum, ut qui locum religionemque Maximilianorum praeclara haereditate excepit, velit ipse mature rei catholicae incolumitati prospicere, eiusque incrementa, amotis impedimentis, provehere. Ipsi profecto catholici homines, quae est pars civium maxima, eaque caritate patriae et observantia in gubernatores sine ulla dubitatione probabilis, si sibi in re tanti momenti responderi et satisfieri viderint, profecto excellent obsequio et fide adversus Principem suum, similitudine quadam filiorum in patrem, et singula eius consilia ad regni bonum ac decus summa voluntate subsequentur, summis viribus plene perficient.

Speciales pactos cum Bavaria conventus commemorat Pontifex. Quibus, cum Ecclesia numquam defuit, ne civilis potestas desit optandum.

Principem Bavariæ regentem caute admonet ut querelarum causam, avorum memor ocius tollat,

catholicosque ad hoc strenue impetrandum excitat.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, vobis communicare Apostolici officii ratio impulit. Superest, ut Dei opem cer-

Implorata cœlesti ope, tatim omnes imploremus, precatoresque ad Eum adhibeamus gloriosissimam Virginem MARIAM, Caelitesque regni Bavarici patronos, ut communibus votis benignus annuens, tranquilla Ecclesiam donet libertate, detque Bavariam maiori in dies gloria et prosperitate frui.

Bavariæ apostolicam impertit benedictionem. Auspicem autem caelestium munerum, praecipuaeque Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, clero populoque universo vigilantiae vestrae commisso, peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 22 Decembris 1887, Pontificatus Nostri anno decimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE ELEEMOSYNIS PRO LOCIS SANCTIS COLLIGENDIS.

26 DECEMBRIS 1887.

SALVATORIS ac Domini Nostri IESU CHRISTI, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, vices in terris, immeriti licet gerentes, inter multiplices gravissimasque tam excelsi Apostolatus curas, quibus in dies detinemur, in id tamen peculiari ac praecipua pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus ut tanti ac tam salutaris mysterii, quae in urbe Hierusalem et viciniis illius monumenta supersunt, qua maiori, sanctiorique fieri poterit custodia asserventur, utque salubria monita ac mandata romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum suos, hac super re, effectus sortiantur.

Pontifex suam erga monumenta salutis Hierusalem exstantia specialem curam testatur.

Ipsi enim Pontifices iamdiu a vetustissimis temporibus ea ad loca, pretioso Humani Verbi sanguine purpurata, oculos convertentes, catholici nominis gentes ad Christi sepulchrum recuperandum excitarunt ; et postquam illud denuo in infidelium ditionem cecidit et Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci Assisiensis tantummodo licuit ea loca asservare, nunquam destitere, quin quacumque ope possent, custodiae saltem ipsorum consulerent, et Fratrum eorumdem, quos neque persequutionum, neque vexationum, neque saeva cruciatuum discrimina tanto unquam ab incoepto deterruerunt, praesentibus necessitatibus pro re ac tempore providerent.

Recolit quæ decessores sui in hoc ordine gesserint,

imprimis Fratrum Minorum O. S. Fr. custodiam ab ipsis commendatam.

Quare et vivae vocis oraculo et Apostolicis etiam Litteris Patriarchis, Antistitibus et aliis totius terrarum orbis locorum Ordinariis instanter atque iteratis vicibus mandarunt, ut respectivae eorum curae commissos christifideles ad eleemosynas pro locis sanctis tuendis afferendas colligendasque impellerent et certas etiam regulas, hac super re, statuere pluribus Apostolicis Litteris, modo sub plumbo, modo sub anulo Piscatoris, per quas unanimi consensu asseruerunt, universis in terrarum orbis dioecesibus, singulis annis, quosdam per unumquemque Ordinarium sub sanctae

Litteras Pii VI commemorat.

obedientiae obligatione dies statuendos esse pro eleemosynis in sanctorum locorum emolumentum colligendis. Denique Pius PP. VI fel. rec. Praedecessor Noster Litteris, quarum initium « Inter cetera divinorum iudiciorum abdita arcana » die 31 mensis Iulii 1778 sub plumbo datis, quatuor per annum vicibus ab omnibus sacrorum Antistitibus Terrae Sanctae necessitates piae christifidelium charitati commendandas esse decrevit. Nunc autem dilectus filius Bernardinus de Portu Romatino Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Assisiensis de observantia Generalis Administer, Nobis exponendum curavit, adauctis in dies, praesertim vertentibus annis, necessitatibus huiusmodi sanctorum locorum, Custodiae haud amplius provenientes e fidelium eleemosynis redditus sufficere, eaque potissimum de caussa quod elapso iam saeculi intervallo a postrema quam memoravimus fel. rec. Pii PP. VI Constitutione nonnulli ex Ordinariis, illam veluti fere obsoletam negligunt, neque eleemosynas pro sanctis locis commendare, ea qua par est sollicitudine student, ideoque enixas Nobis preces humiliter adhibuit, ut quaedam hac super re providere, de Apostolica Nostra potestatis plenitudine, velimus. Nos igitur, quibus tanti momenti Custodia maxime est cordi, votis huiusmodi annuentes, de Apostolica Nostra auctoritate, vi praesentium, perpetuum in modum decernimus, ut Venerabiles Fratres, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alii totius terrarum orbis locorum Ordinarii, sub sanctae obedientiae vinculo curare teneantur, ut respective in cuiuscumque dioecesis parochiali ecclesia, una saltem singulis annis vice, nempe feria sexta maioris hebdomadae, vel alio ad uniuscuiusque Ordinarii lubitum similiter tantum quotannis eligendo die, fidelium charitati sanctorum locorum necessitates proponantur. Pari autem auctoritate expresse interdicimus, atque prohibemus, ne quis audeat vel praesumat eleemosynas pro Terra Sancta quomodolibet collectas in alios usus convertere atque immutare. Propterea iubemus, collectas, ut superius dictum est, eleemosynas, parochum Episcopo, Episcopum tradere proximiori Ordinis S. Francisci pro Terra Sancta Commissario ; hunc autem curare volumus ut eaedem quam

Instante Generali Ord. Fratr. Min., expositis de causis, statuit quotannis in omnibus locis collectam faciendam, qua necessitatibus dictæ custodiæ subveniatur.

citius Hierusalem ad sanctorum locorum Custodem, ut moris est, transmittantur. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore ; suosque plenarios integros et effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac irritum et inane esse, si quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque. Denique volumus, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

26 DECEMBRIS 1887.

Modum præscribit eleemosynas ad sacrorum locorum Custodem transmittendi.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 26 Decembris 1887, Pontificatus Nostri anno decimo.

M. CARD. LEDOCHOWSKI.

ALLOCUTIO

ad cives italos, qui magna frequentia Romam convenerant.

4 IANUARII 1888.

Inter omnium vota, gratissima Pontifici sunt Italorum.

ALTAMENTE accetti Ci sono in questa ricorrenza del Giubileo gli omaggi ed i voti dei Nostri figli sparsi nelle varie parti del mondo e profondamente Ci commuovono. Ma gli omaggi e i sentimenti vostri, figli carissimi, Ci sono grati e Ci commuovono anche di più. — Vi vediamo qui convenuti numerosi da tutte le parti d'Italia, di questa Italia che Dio predilesse a tal segno da stabilire in essa la sede del suo Vicario; di questa Italia, sopra la quale i Romani Pontefici riversarono in ogni tempo immensi tesori di sapienza, di grandezza e di gloria.

Ab ingratis se secernentes, publice Sedi Apostolicæ adhærent, ejusque jura proclamant vindicanda.

Figli ingrati, nati anche in seno della Chiesa cattolica, mai non mancarono, che disconoscendo gl' insigni benefici del Papato, si diedero a combatterlo: e per non dire che dell' età nostra, fu una vera congiura, ordita con la più maligna arte, di denigrarlo e di rappresentarlo come l' eterno nemico d' Italia. — Ma voi, figli carissimi, anzi che ascoltare la stolta accusa, smentita solennemente dalla storia di tutti i secoli, voleste dar prova di ossequio e di attaccamento al Papato, schierandovi corraggiosamente fra quelli che ne riconoscono le benefiche influenze, si gloriano di essergli fedeli e divoti, desiderano vederlo ristabilito in quella condizione di vera e sovrana indipendenza e di piena libertà, che per tanti titoli gli è dovuta. Con queste felici disposizioni veniste oggi innanzi a Noi; e tali disposizioni dànno alla vostra presenza in questo luogo, ai vostri voti ed auguri per Noi, un singolare valore, e ne accrescono in Noi il gradimento.

Eo meliores sunt cives, quo magis Rom. Pont. adhærent.

Ben sappiamo che per questi stessi doverosi sentimenti vi si rimprovera di non amare il vostro paese, volerne anzi l' avvilimento e la rovina. — Non vi commuova, miei cari, l' insana parola. La verità è, che il Papato forma per l' Italia la più pura e la più splendida gloria. — La verità è, che in

unione col Papato l' Italia sarà la prima, come la più vicina, a sperimentarne la virtù salutare, e dovunque sono nel mondo popolazioni cattoliche sarà da esse rispettata ed amata. — In guerra col Papato, ne avrà divisioni e scissure al di dentro, diminuzione di prestigio al di fuori, e da ogni parte ostacoli e difficoltà senza numero. — La verità è, che gl' Italiani, i quali stanno col Papa e ne vogliono l' indipendenza, mentre compiono un atto doveroso come cattolici, provvedono altresì, più e meglio d' ogni altro, ai veri interessi della loro patria.

Orbis universus gestiens, vim supremi Pontificatus proclamat,

Osservate ciò che accade al presente. La semplice ricorrenza del Nostro Giubileo Sacerdotale ha commosso il mondo. Non i cattolici solamente, nè solo le private persone, ma sovrani e principi e governi e publiche assemblee hanno voluto fare a gara per prender parte a questa festa giubilare ed attestarci i sensi di riverente affetto e di alta considerazione. — Certo questo fatto è dovuto all' azione della Provvidenza Divina, che fa servire le circostanze più ovvie e gli strumenti meno adatti a gloria della Chiesa. Ma questo fatto trova la sua vera ragione nell' importanza somma del Pontificato ; di questo faro luminoso che Dio ha posto in mezzo ai popoli per guidarli a salute ; di questo potere mondiale, che è di tutti i tempi e tutti i luoghi ; che sorvive e sta, anche quando tutto crolla all' intorno, e dalle stesse persecuzioni sorge più glorioso e più forte. Qual nazione non si stimerebbe felice e onorata di ricettare nel suo seno questa istituzione divina ? E per contrario, quale stoltezza volerla come rimpicciolire, facendo del modo e delle condizioni della sua esistenza una questione di ordine intorno di un paese o di una nazione ? Quale indegnità volerla depressa e nella stessa sua Sede umiliata ; voler mettere impedimenti alla sua libera e benefica azione ; porla in condizione di sudditanza e farla dipendere dalla volontà di un' assemblea o di un governo ? Per fermo i cattolici del mondo intero, gelosi della libertà del loro Capo, e quanti hanno a cuore la causa dell' ordine e della salvezza dell' umana società, non saranno mai per tollerarlo.

cujus sedem esse, summo honori populo italo habendum ;

quamque exteri catholici liberam esse omnino volunt.

Valgano queste considerazioni, figli carissimi, a confer-

4 IANUARII 1888.

Maneant ipsi fideles, Pontificis benedictione muniti.

marvi nei sentimenti che Ci avete protestato, e vi confortino a rimanere ad essi fedeli. Il Nostro cuore, consolato da una dimostrazione si splendida della vostra fede e del vostro incrollabile attaccamento al Vicario di GESÙ CRISTO, vi abbraccia col più tenero affetto di padre, vi prega dal cielo ogni bene, e, salvi, come di giustizia, i diritti della Sede Apostolica e della Chiesa, non cessa d' implorare all' Italia i benefici della concordia e della pace. — Intanto, in auspicio di grazie così segnalate e a pegno della Nostra speciale benevolenza, impartiamo a voi qui presenti, a tutti quelli di cui siete i rappresentanti, e alle vostre famiglie l' Apostolica benedizione.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE BIRRETI VIOLACEI USU UNIVERSIS ANTISTITIBUS CONCESSO.

PRAECLARO divinae gratiae munere effectum est, ut sacerdotalis Nostrae consecrationis diem quinquagesimo anno redeuntem frequenti Episcoporum venerabilium Fratrum Nostrcrum corona septi, innumero fidelium coetu stipati quin et universo christiano orbe gestiente celebrare potuerimus. Cui tantae celebritati fastigium impositum est maioribus caelitum honoribus, quos divino spiritu adspirante, suprema auctoritate Nostra nonnullis eximiae sanctitatis viris solemni ritu attribuimus. Quae quidem omnia non uno Nobis nomine grata et periucunda fuerunt. Primo enim in spem adducimur fore ut fidelium precibus ac novensilium sanctorum intercessione propitiatus Deus, tot tantisque, quibus humana premitur societas, malis opportuna afferat remedia, optatamque mundo pacem ac tranquillitatem largiatur. Deinde vero ex eo laetamur quod innumerabiles observantiae et obsequii significationes, quibus Nos toto orbe fideles unanimi consensione prosecuti sunt, tum ostendunt et antiquam pietatem et Apostolicae Sedis amorem christianis pectoribus alte manere defixum, tum in summam venerabilium Fratrum sacrorum Antistitum laudem cedunt, quorum opera ac virtute, in populis sibi commendatis et concreditis, in tanta temporum perversitate, ita viget ac floret catholicae religionis cultus et huic S. Sedi ac Romano Pontifici sunt animi addicti atque coniuncti. Nos ne fausti huius eventus memoria intercidat, atque ut publicum aliquod benevolentiae Nostrae testimonium venerabilibus Fratribus exhibeamus, externo honoris insigni universos terrarum orbis Antistites exornandos censuimus. Quare hisce litteris Apostolica auctoritate Nostra perpetuum in modum concedimus ut universi Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi birreto violacei coloris hoc futurisque temporibus uti libere et licite possint et valeant. Hoc ita illis proprium volumus ut alius

3 FEBRUARII 1888.

Gaudet Pontifex de frequenti celebritate sacerdotalis jubilæi, deque cælitum honoribus hac occasione a se præsanctis viris concessis.

Hæ solemnitates,

multiplici ratione faustæ,

in laudem cedunt ordinis Antistitum, arctissime Sedi Romanæ conjuncti.

Ad cujus eventus memoriam Pontifex ipsis usum violacei birreti in perpetuum concedit.

qui episcopali dignitate non sit insignitus eiusmodi ornamento nullatenus potiri queat. Non obstantibus Constitutionibus et sanctionibus Apostolicis, ceterisque omnibus licet speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 3 Februarii 1888, Pontificatus Nostri anno decimo.

M. Card. LEDOCHOWSKI.

ALLOCUTIO

ad selectos viros e societate S. Vincentii a Paulo.

NOUS éprouvons, très chers fils, une vraie satisfaction en voyant aujourd'hui les Conférences de St Vincent de Paul si largement représentées devant Nous, et Nous agréons de tout cœur les sentiments qui les animent, les félicitations et les vœux que vous venez de Nous exprimer en leur nom.

4 Februarii 1888.

Pontifex laudat sodales eorumque societatem,

C'est aussi pour Nous une grande consolation de pouvoir, en cette solennelle circonstance de Notre Jubilé sacerdotal, adresser à votre pieuse Société une parole de louange et d'encouragement et de confirmer les éloges qui lui ont été, comme vous l'avez rappelé tout-à-l'heure, si souvent et, Nous ajouterons, si justement décernés.

Nous savons combien vos Conférences sont partout prospères, et dans cette prospérité Nous aimons à voir un fait providentiel. A notre époque, en effet, plus peut-être qu'à aucune autre, la société, qui est malade, sent le besoin d'être soulagée par les œuvres de charité. — La charité c'est le caractère propre et distinctif des vrais disciples de JÉSUS-CHRIST. Aussi nos ennemis dont le point de mire est aujourd'hui de déchristianiser les peuples, s'ingénient-ils de toutes façons pour altérer dans les esprits l'idée et le concept de cette vertu, et cherchent-ils avec une raffinerie insidieuse à substituer à la vraie charité chrétienne une charité fausse et mensongère.

temporum necessitatibus apprime accommodatam.

A une tentative aussi audacieuse et aussi funeste, il convient, très chers fils, il est indispensable que vous opposiez une résistance énergique en donnant à vos œuvres charitables une extension de plus en plus vaste, en usant d'une sainte industrie pour rendre leur action plus pénétrante et plus persuasive, en étendant la salutaire influence de la charité aux hommes de toutes les classes et en l'appliquant comme le remède le plus efficace à tous les maux, à tous les besoins de la société. — Et tout cela vous devez le faire avec une confiance sans limite en la force divine de cette

Sæculo charitatem respuente, oportet ut hæc virtus operibus piis præsideat.

vertu, qui sait triompher des résistances les plus obstinées et dompter les volontés les plus rebelles.

Hortatur sodales ad zelum et perseverantiam.

Tel est, chers fils, le champ ouvert à votre activité et à votre zèle. Vous y êtes entrés pleins d'enthousiasme et de générosité, guidés par l'exemple et sous les auspices de l'Apôtre de la charité, le grand saint Vincent de Paul. Continuez à y déployer votre pieux dévouement avec courage, sans crainte et sans respect humain, en même temps qu'avec modestie et sans ostentation. — Ainsi vous donnerez au monde la démonstration de ce qu'est et de ce que peut le vrai esprit de JÉSUS-CHRIST au profit et pour le bonheur de l'humanité.

Vera charitas bona spiritualia et æterna respicit.

Cet esprit, vous ne l'ignorez pas, chers fils, ne conseille pas seulement de venir en aide aux besoins physiques, ni de soulager les seules misères du corps ; la charité chrétienne vise plus haut : elle a pour terme et pour but final le bien spirituel des âmes, leur félicité éternelle. Là est sa note caractéristique, sa sublime mission : écoulement et prolongation de la mission même du divin Rédempteur.

Describitur apostolatus charitatis, ad mentem sodalitatis S. Vinc.

C'est de cet esprit, Nous en avons la certitude, chers fils, que vit et que s'inspire votre société ; c'est ce même esprit de sainte et surnaturelle charité qui anime et fait battre vos cœurs. Ayez soin de le conserver en vous dans toute sa pureté, et efforcez-vous de le communiquer à ceux qui vous entourent. — La charité fera de vous et d'eux autant d'apôtres. Par elle vous rallumerez dans bien d'âmes le flambeau de la foi que le doute a obscurci ; par elle vous réveillerez l'espérance là où règne le désespoir et le découragement. Par la charité vous ferez revivre au sein des familles la vie chrétienne, la pratique des devoirs religieux, l'amour à la sainte Église, l'obéissance à ses lois, le respect à son autorité. — Tels sont, chers fils, les précieux fruits de la charité chrétienne. Daigne le Dieu de toute bonté les bénir et les multiplier entre vos mains, en vous fortifiant dans vos pieux et pénibles travaux. En attendant et comme gage de ces faveurs célestes, Nous vous accordons à tous ici présents, et Nous envoyons à toutes les Conférences qui vous ont délégués, ainsi qu'aux nombreuses familles pauvres assistées et secourues par elles Notre bénédiction Apostolique.

Pontifex sodalibus benedicit.

ALLOCUTIO
ad Germanos.

COGNITAM catholicorum Germanorum erga Nos pietatem non sermo solum vester, dilecti filii, hodie confirmat, sed haec ipsa frequens et nobilis corona testatur. Itaque delectamur plurimum a conspectu vestro ; et istum animum, qui in vobis est idem atque unus universis, paterna, qua solemus, benevolentia amplectimur. — Quod vero attinet ad Ecclesiae sperata incrementa, ad quae modo vestra respexit oratio, sane perlubentes omen accipimus. Quid enim cupiamus maius, vel quid magis munere Nostro sanctissimo dignum curemus, quam catholici nominis perpetuos et cum tranquillitate progressus ? idque in primis apud vos, dilecti filii, quorum in avita religione constantiam varii ac difficiles casus satis probavere. — Ceterum nemo negaverit, magnum inesse momentum et singularem quamdam voluntatum significationem in his, quae modo mirari licet, erga IESU CHRISTI Vicarium undique experrectis studiis, maxime cum tot sint inimicorum artes ac tanta potentia. Coniectis ex omni terrarum parte oculis in hanc beati Petri Sedem, multitudo innumerabilis IESU CHRISTO impertit fidei suae liberrimum testimonium, reque ipsa clamat, quanta vis salutis in Pontificatu romano contineatur. — Optandum igitur est, obsecrandusque Deus, ut gratia sua tueatur latiusque in dies propagari iubeat istiusmodi animorum cursum, non Ecclesiae solum, sed ipsis imperiis et civitatibus verissime profuturum. — Qua in re Nos quidem, quod officii Nostri est, summa ope studioque nitimur ut opinionum commenta cedant aliquando veritati, utque, omni suspicione deposita, sinant homines sanari mala sua, neque diutius recusent quominus in omnem vitam privatam ac publicam influat largius ista Ecclesiae catholicae divinitus ingenerata virtus. Imo etiam, si Nos alienam pati potestatem recusamus, si obfirmato animo iura Nostra vindicamus, vindicabimus, eâ quoque potissimum caussa movemur, quae modo comme-

27 FEBRUARII 1888.

Laudat Pontifex catholicorum Germanorum pietatem.

Vota facit pro incremento Ecclesiæ.

Orbis concursus vim Rom. Pontificatus alte clamat.

Cujus libertas civitatibus maxime prodest.

Quare omnis Pontificis cura hanc libertatem vindicandam respicit.

morata est a vobis ; ut nimirum recepta ac firmiter stabilita, quo modo oportet, libertate Nostra, prodesse hominum generi in omnes partes cumulate expediteque possimus.

Ipsum adjuvent fideles intrepide oportet.

Verumtamen ad auctoritatem curasque Nostras apostolicas consentanea populorum opera respondere debet ; animus videlicet impiger, ad christianam disciplinam docilis, ac nominatim quadam virtutis constantia septus ac roboratus, ut religionis iustitiaeque caussâ si quid molestiarum impendeat, succurrat ipse ac subeat non invitus.

Gaudet de meliori statu rerum in Borussia, —speratque plenam proxime libertatem,

modo catholici concordiam servent.

Ad vos quod pertinet, dilecti filii, in Litteris Encyclicis ad Borussiae Episcopos, nuperrimeque ad Episcopos Bavariae plura praecepimus quae res postulabat, quaeque, si vestra vobis salus cordi est, ut est, sancte suam quisque partem inviolateque servabitis. — Difficilia cecidere tempora : verum catholici e Germania viri nequaquam sunt ad temporum difficultates insueti. Praeterea, quae maxime incolumitatem libertatemque rei catholicae apud Borussos impediebant, ea ut de medio tollerentur, initis cum augusto Imperatore Rege consiliis, administris eius operam dantibus, magnam partem assequuti sumus. Eodemque in genere aliorum quoque Germaniae Principum aequitati multum confidimus. — Illud superest, dilecti filii, ut sententiarum studiorumque concordiam, quae quanti sit experiendo novistis, perpetuo inter vos foveatis ac tueamini ; iidemque memineritis, opus esse omnibus in rebus habere cum virtute constantiae prudentiam comitem.

Catholicis Germanis benedicit.

Volens autem propitius aderit omni tempore propugnator Ecclesiae suae Deus : quo adiutore, uberes feretis perseverantiae vestrae fructus ; cuius patrocinii caelestis auspicem, simulque benevolentiae Nostrae testem esse volumus benedictionem Apostolicam, quam vobis singulis, familiis vestris, cunctisque e Germania catholicis peramanter impertimus.

ALLOCUTIO

ad S. R. E. Cardinales.

DE IUBILAEO DEQUE REBUS ROMANIS.

COME Ci fu altamente gradita la parte che al Sacro Collegio piacque di prendere, in maniera sì degna, alle dimostrazioni onde il mondo cattolico volle festeggiare il Nostro Giubileo sacerdotale, così Ci torna oggi sommamente accetto sentir da Lei, signor Cardinale, che il Sacro Collegio ha diviso con Noi la gioia di questo fausto avvenimento, e si unisce con Noi nel ringraziare il Signore. Gli attestati di ossequio, di devozione, di amore che abbiamo ricevuto non potevano certo essere nè più universali, nè più numerosi, nè più splendidi, nè più commoventi. — Della qual cosa mentre Ci professiamo gratissimi a tutti i diletti figli Nostri d' ogni paese, d' ogni lingua, d' ogni ordine, d'ogni ceto, e più specialmente a coloro che in questa più misero di opera, di generosità e di affetto, intendiamo che tutta la gloria torni a Colui che è il Dator d' ogni bene, e che tutti gli avvenimenti umani, lieti o mesti, nella sua provvidenza dispone a bene della sua Chiesa e del sommo Pontificato.

2 MARTII 1888.

Pontifex gratias rependit purpuratis secum gestientibus,

necnon omnibus jubilæum suum celebrantibus,

cujus omnem Deo refert laudem.

Tuttavia non è da perdere di vista la realtà delle cose; chè anche fra le molte e grandi consolazioni delle feste giubilari abbiamo motivi di non lievi amarezze e di pungenti preoccupazioni; ai quali tutti va innanzi l' attuale condizione Nostra e della Santa Sede. In mezzo alle dimostrazioni presenti essa è rimasta e rimane, qual' era, indegna del Capo sopremo della Chiesa, inconciliabile colla sua indipendenza e libertà. — Ce ne appelliamo anche a fatti e dimostrazioni recenti, incoraggiate e favorite dagli stessi uomini di governo, non ad altro ordinate che ad insultare, sotto i Nostri occhi, la Chiesa, ad esaltare la ribellione della ragione alla fede e ad aizzare l' odio più satanico contro la divina istituzione del Papato. — È bene che il mondo cattolico conosca queste indegnità, si persuada sempre meglio dei veri disegni, ogni giorno più manifesti,

Tantæ tamen festivitates res romanas nullatenus mutaverunt.

delle sette nella occupazione di Roma, e vegga in qual modo si vuole che Roma continui ad essere la Sede rispettata del cattolicismo e del suo Capo.

Imo Pontificem a civili potestatem dependentem aperte monstraverunt.

Che se fu possibile, come si va dicendo, di celebrare il Giubileo in Roma, anche solo tra le domestiche pareti e senza alcuna solennità al di fuori, chi non sa che ciò avvenne solo perchè i reggitori della pubblica cosa, nelle presenti circostanze, non giudicarono utili per i loro fini di mettervi impedimenti ed ostacoli? Era tuttavia in loro potere di farlo; e se in altre circostanze piacesse, per interesse od altro motivo, seguire una via diversa, qual difesa o sicurezza potremmo prometterci? Così è chiaro, come spesso dicemmo, che si sta alla mercè e in balia altrui; che l'indipendenza Nostra, in fatto, è nulla; e che quella libertà che si dice di lasciarci, non è che apparente e del tutto precaria. — Lo abbiamo notato altre volte, il vizio è intrinseco, e deriva dalla natura stessa delle cose: finchè questa condizione non cambia sostanzialmente, qualunque temperamento o riguardo si adoperi per addolcirla, non potremo mai chiamarcene contenti, nè ad essa adattarci giammai.

Si Pontificatus superare valet procellam, non ideo hæc bona, sed ille divinus.

— Che se il Pontificato sa cingersi di gloria e riscuotere ossequio anche quando i Papi vivono nelle catacombe, nel carcere, o tra le persecuzioni, questo non è argomento che siano essi destinati a vivere sempre in simile stato di violenza; nè la gloria, di cui il Papato anche allora si riveste, è merito dei nemici che lo combattono; ma effetto di quella divina virtù di cui è dotato, e prova di quella singolare provvidenza che lo guida a traverso dei secoli; i nemici non mettono in questo quadro che le ombre, perchè sia più vivo il contrasto.

Inde spes recuperandæ libertatis, cui Pontifex totum suum regnum devovet, sacro collegio adjutus.

La qual divina virtù e singolar provvidenza Ci è cagione a sperare che abbia finalmente a risplendere quel giorno in cui il Papato sia riposto in quello stato di dignità e di libertà vera, che per la sua natura e sublime missione gli conviene. — Al quale effetto come abbiamo sempre mirato nei dieci anni di Pontificato già trascorsi, così Ci è fisso nell' animo di sempre intendere in quello che Ci rimane ancora di vita. Contiamo sempre sul concorso del Sacro Collegio,

cui rendiamo vive grazie per gli augurî e le preghiere fatte per Noi, ed in ricambio siamo lieti di chiamare sopra di esso la pienezza dei divini favori. A pegno dei quali e in argomento di specialissimo affetto, impartiamo di tutto cuore ad esso e a tutti qui presenti l' Apostolica benedizione. *2 MARTII 1888.*

EPISTOLA

ad universos episcopos

DE MISSA SOLEMNI DEFUNCTORUM OCCASIONE IUBILAEI SINGULIS STATUTO DIE DICENDA.

In festo Paschatis 1888.

Pontifex gratias agit Deo auctori de sacerdotali jubilæo tanta mentium conspiratione celebrato.

QUOD anniversarius Sacerdotii Nostri dies quinquagesimus nuper Ecclesiae peroptato illuxerit, acceptum, ut oportet, referimus summae Dei benignitati, cuius nutu arbitrioque providentissimo omnis vita hominum regitur. Ac pari modo tantam ubique animorum consensionem in obsequiis, in effusa liberalitate, in publicis laetitiae significationibus nemo poterat nisi Ille excitare, cuius omnino imperium est in hominum mentes et voluntates et corda, quique eventus rerum ad christianae religionis gloriam dirigit et moderatur. — Praeclarum quidem et memorabile factum, ex quo ipsi Ecclesiae hostes, vel inviti et nolentes, suis ipsi oculis perspiciunt,quemadmodum divina eius vita ac divinitus ingenita virtus vigeat semper, atque adeo persuadere sibi cogantur, insano prorsus conatu gentes impias fremere et inania meditari adversus Dominum et adversus Christum eius.

Inanes inde suos conatus agnoscant Ecclesiæ hostes.

Iamvero, ut quam latissime huius beneficii divini et memoria manaret et utilitas, caelestium gratiarum thesauros universo Nobis concredito gregi reclusimus: nec sane praetermisimus divinae pietatis munera iis ipsis implorare, qui extra unicam salutis Arcam adhuc versantur: quod hoc consilio fecimus, *ut omnes gentes et populi, in fide caritatis vinculo sociati, unico ovili sub uno pastore citius aggregentur:* ita sane *Dominum Nostrum Iesum Christum* cum gemitibus exoravimus in solemni Sacro Canonizationis mox celebratae.

Totius gregis, imo omnium extra ovili versantium recordatus,

Nos enim et ad triumphantem Ecclesiam sublatis oculis, heroibus christianis, de quibus iam absoluta feliciter erat praestantissimarum virtutum ac miraculorum ad iuris

pro ipsis triumphantem Ecclesiam novo

tramites cognitio, aliis sanctorum summos honores, aliis beatorum cultum solemniter decrevimus et tribuimus, ut ea quae in caelis est Hierusalem, cum hac ipsa quae in terris peregrinatur a Domino, communione laetitiae iungeretur.

decore gestientem imploravit.

Verum quo huic ipsi rei veluti cumulus, Deo adiuvante, imponatur, Apostolicae Nostrae caritatis officia, de plenitudine infiniti spiritualis thesauri, ad eos quoque dilectos Ecclesiae filios, largius quo fieri possit, proferre cupimus, qui morte iustorum obita de militia huius vitae migrarunt cum signo fidei, ac mysticae vitis inserti propagini ; ita tamen ut prohibeantur ingressu in aeternam requiem usque dum divinae iustitiae ultrici pro contractis debitis ad minimum reddant quadrantem. — Movemur autem tum piis catholicorum votis, quibus consilium hoc Nostrum pergratum esse scimus, tum lacrimabili poenarum, quibus defunctorum animae cruciantur, atrocitate : sed praeterea et maxime movemur consuetudine Ecclesiae, quae, vel inter iucundiores per annum solemnitates, sanctam et salubrem agit defunctorum memoriam, ut a peccatis solvantur.

Imo ad Ecclesiam in Purgatorio laborantem cupit hujus anniversarii thesauros communicari,

Itaque cum ex catholica doctrina exploratum sit *animas in Purgatorio detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio, iuvari*, nullum censemus neque utilius neque optatius a Nobis proficisci ad eas posse pignus, quam si multiplicemus in locis omnibus pro satisfactione ipsarum oblationem mundam sacrosancti Sacrificii Mediatoris nostri divini.

multiplicato pro animabus ibidem detentis altaris sacrificio.

Quare statuimus, cum necessariis omnibus dispensationibus et derogationibus,ultimam Dominicam proxime venturi mensis Septembris tamquam amplissimae expiationis diem, quo celebretur a Nobis, itemque a singulis fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis aliisque Praelatis dioecesim habentibus, in suis cuiusque Ecclesiis Patriarcalibus, Metropolitanis et Cathedralibus, specialis missa defunctorum, maiori qua fieri potest solemnitate, eoque ritu qui in missali adsignatur *in Commemoratione omnium fidelium defunctorum.* Id ipsum fieri probamus in parochialibus et collegiatis Ecclesiis tam saecularium quam regula-

Proin Missam ut in Commem. omn. def. statuit omnibus antistitibus ultima Dominica Septembris dicendam,

quæ et in quavis ec-

In festo Paschatis 1888. rium, et ab omnibus sacerdotibus, dummodo ne omittatur missa officio diei respondens, ubicumque est obligatio. — Alios autem Christifideles vehementer hortamur ut, facta sacramentali confessione, ad purgantium animarum suffragium angelico pane se devote reficiant. — His vero plenariam Indulgentiam pro defunctis ; singulis, ut dictum est supra, celebrantibus, Altaris privilegium, auctoritate Apostolica impertimur.

clesia, imo a quavis sacerdote dici poterit.

Cui, ut se libentius uniant fideles, indulgentiæ adjiciuntur.

Sic nimirum piae animae in quibus noxarum reliquiae terribili cruciatuum magnitudine eluuntur, peropportunum ac singulare solatium percipient ex Hostia salutari, quam Ecclesia universa, Capiti suo visibili coniuncta, eodemque caritatis affectu inflammata, Deo est oblatura, ut eis locum refrigerii, lucis et pacis indulgeat sempiternae.

Apostolica benedictio impertitur.

Interea Vobis, Venerabiles Fratres, universoque Clero et populo curae vestrae concredito, Apostolicam benedictionem, caelestium munerum auspicem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum in die solemni Paschatis 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

ad Gallos.

NOUS sommes vivement touché, très chers fils, des nobles paroles que vous venez de Nous adresser, et Notre cœur se sent ému devant ces témoignages réitérés que Nous donne la France catholique de son amour filial et de son inviolable attachement. Ce sont là comme autant de solennelles affirmations, que, malgré les maux qui l'affligent et les périls qui la menacent, elle entende rester fidèle à ses glorieuses traditions et à son beau titre de fille aînée de l'Église. Elle ne saurait oublier que sa providentielle destinée l'a unie au Saint-Siège par des liens trop étroits et trop anciens pour qu'elle veuille jamais les briser. De cette union, en effet, sont sorties ses vraies grandeurs et ses gloires les plus pures ; et toujours elle a eu lieu de se féliciter des victoires et des triomphes de l'Église et de la Papauté. Troubler cette union traditionnelle serait enlever à la nation elle-même une partie de sa force morale et de sa haute influence dans le monde. — La France, Nous n'en doutons pas, comprendra toujours sa grande et sublime vocation, qui est, avant tout, de demeurer profondément chrétienne. Nous en avons pour garant ces innombrables institutions pieuses que Nous voyons couvrir son sol ; ces œuvres multiples de charité qui y naissent et s'y développent avec une fécondité et une vigueur si admirables ; ces légions d'apôtres et de missionnaires, qui en partent chaque jour pour se répandre dans les contrées les plus lointaines et les plus ignorées où, par la prédication des doctrines du St Évangile, leur apostolat propage les principes de la vraie civilisation.

13 APRILIS 1888.

Pontifex Gallis, quorum laudat pietatem, unionem cum sede Romana, fontem avitæ ipsorum gloriæ, fortiter commendat.

Comment pourrions-Nous ne pas regarder d'un œil de particulière bienveillance une nation, où les intérêts religieux ne cessent de susciter de semblables dévouements ? Comment ne pas reconnaître que cette nation recèle dans son sein un germe de vie impérissable, un principe de salut

Omen capit ex bonorum multiplici zelo.

et de résurrection qui répond de l'avenir, et qui doit fortifier Notre espérance?

Hortatur fideles ad sese omni bono devovendum, præsertim juventuti educendæ.

Continuez donc, très chers fils, à vous dévouer avec confiance et avec courage à tout ce qui est bien. Parmi les bonnes œuvres vous avez rappelé tout-à-l'heure et avec raison, comme méritant une place à part, l'éducation religieuse de l'enfance et de la jeunesse, la fondation d'écoles, où des maîtres instruits et pieux enseignent aux enfants avec les lettres humaines les vérités et les préceptes de la religion. C'est là, en effet, le point de départ de tout progrès et de toute civilisation, et l'unique source d'où découle le véritable bonheur des peuples. Préparer ainsi à votre patrie des générations chrétiennes, soumises à Dieu et à son Église, former des héros prêts à tout sacrifier au devoir, voilà, bien chers fils, un objet digne d'exciter votre généreuse et sainte émulation. — Nous ne cessons de prier le Seigneur qu'il bénisse vos efforts et vos travaux ; et comme gage de ces faveurs célestes, Nous vous accordons, Nous-même, de tout cœur à vous tous, aux sociétés et aux œuvres que vous représentez, à vos familles et à vos amis, à la France tout entière Notre bénédiction Apostolique.

ALLOCUTIO

ad Austriacos.

TANTA devozione ed ossequio, tanta concordia di sentimenti, tali proteste di obbedienza, quali si rivelano nelle vostre nobili parole, figli dilettissimi, Ci commuovono profondamente e vivamente Ci consolano. — Abbiamo visto molti dei Nostri cari figli dell' Austria al momento in cui il mondo cattolico festeggiava il Nostro Giubileo sacerdotale ; ne ricevemmo anche allora con singolar gradimento i doni, gli omaggi, i voti, ed esprimemmo, come voi ricordate, il desiderio di vederli prendere sempre più vivo interesse alla causa della Chiesa, del Papa, della Santa Sede, che è pure la causa del benessere dei popoli e degli Stati. Oggi la vostra numerosa presenza, le vostre calde parole, il vostro omaggio Ci provano che non parlammo indarno alla vostra fede, al vostro cuore.

16 APRILIS 1888.

Gaudet Pontifex hortamina sua tanto zelo piorum corda inflammasse.

Voi ricordate le tante prove di affetto che i popoli cattolici e i Principi dell' Austria riceverono in ogni tempo dalla Sede Apostolica : e a Noi pure è dolce il riconoscere la fedeltà e l' attaccamento che essi alla lor volta attestarono in mille occasioni verso i romani Pontefici ; e nulla più desideriamo quanto il vederli rinnovare gli antichi esempî.

Recordatur quanta devotionis Ecclesia et Austria sibi invicem præbuerint testimonia.

Voi avete ben ragione di congiungere nei vostri cuori la devozione al Papa, e l' amore al vostro Sovrano : tali vi vuole anche la Chiesa, che dell' ossequio e dell' obbedienza ai principi fa ai suoi figli un rigoroso dovere, e nel tempo stesso che li vuole esemplari cattolici, li vuole altresi ottimi cittadini e fedelissimi sudditi. — Cosi pure la Chiesa, sempre sollecita del vero bene e della vera prosperità degli Stati, con indefesso studio ed amore, unita ai suoi figli, prodiga alla gioventù le materne sue cure. Ed anche ai Principi caldamente raccomanda di assicurare con provvide leggi alle crescenti generazioni un' istruzione ed educazione veramente cristiana.

Vult Ecclesia viros catholicos optimos esse cives.

Juventutis bene educendæ imprimis est sollicita.

Voi prendete viva parte alle Nostre amarezze, e deplo-

Lætatur Pontifex fideles amaritudinibus suis dolentes uniri.

rate con Noi la condizione indegna fatta da più anni al Vicario di GESÙ CRISTO, al Capo e Pastore supremo di tutti i cattolici: e Noi mentre siamo lieti di questa comunanza di affetti tra padre e figli, lodiamo altamente il vostro proposito di reclamare per Noi quella indipendenza che esige la natura del Nostro supremo potere, e quella libertà che Ci è necessaria nell' esercizio dell' Apostolico ministero. La quale, se ben si considera, non è possibile che torni mai a pregiudizio di alcuna nazione, ma per l' indole sua essenzialmente benefica, è nata a promuovere il vero bene di tutte. — In tempi di tanta perverzione e di tanto sconvolgimento sociale si conosce e si apprezza anche di più, come voi fate, l' insigne beneficio che Dio ha fatto ai popoli e alle nazioni, collocando in mezzo ad essi questo faro inestinguibile di verità; questo potere sovrumano, universale, più forte, nella sua moderatrice e benefica virtù, di qualunque umana e creata potenza, congiurata ai suoi danni.

Quanto beneficio mundo sit Pontificatus ostendit.

Perseverate, figli carissimi, nei sentimenti e nei propositi che Ci avete manifestati, e fate che essi siano altresì i sentimenti e i propositi di tutti i vostri connazionali. Fate loro conoscere l' amore di padre che nutriamo per tutti loro, e quanto li desideriamo felici nella professione aperta e nella pratica della religione cattolica.

Ipsos ad perseverandum hortatur apostolicam eis benedictionem impertiens.

Infine non possiamo, figli diletti, accomiatarci da voi senza procurarvi il conforto dell' Apostolica benedizione. La quale con effusione di cuore in primo luogo impartiamo a Sua Maestà il vostro Imperatore e alla di Lui augusta famiglia; ai Vescovi e Clero; a tutti voi qui presenti, alle vostre famiglie, e a tutti i Nostri cari figli dell' Austria.

ALLOCUTIO
ad Belgas.

NOUS éprouvons, très chers fils, une grande joie en voyant aujourd'hui la nation Belge représentée ici par des délégués aussi nombreux et aussi choisis, appartenant à tous les rangs et à toutes les conditions. Il était juste, au reste, comme Nous le disions récemment au représentant de Sa Majesté, votre Roi, qui venait de sa part Nous offrir ses félicitations, que la Belgique eût sa place d'honneur dans les fêtes de Notre Jubilé sacerdotal. Elle Nous est unie, en effet, par des liens plus intimes et d'une plus spéciale affection. Nous avons vécu au milieu de ses fils, et ce souvenir Nous est toujours resté particulièrement cher, car il Nous rappelle tous les témoignages que Nous en reçûmes, dès cette époque, de leurs sentiments de fidélité à l'Église, et de leur inébranlable attachement au Siège Apostolique. — Nous pûmes connaître alors, par Nous-même, le caractère du peuple belge, en apprécier la droiture et la loyauté, admirer la vivacité des Wallons, la naïve bonté et la pureté de mœurs des Flamands ; peuple laborieux, intelligent, persévérant dans ses entreprises, fidèle au devoir, surtout quand il s'agit des devoirs envers Dieu, l'Église, la Patrie et le Roi. Et à ce propos il Nous souvient que le Roi Léopold I^er^, dont tout le monde admirait la haute sagesse, Nous disait parfois, dans nos entretiens particuliers, qu'il se sentait fier d'être le Souverain d'un peuple aussi bon, aussi calme et aussi religieux. C'est donc pour Notre cœur une douce consolation de vous voir aujourd'hui devant nous, très chers fils, d'accueillir les vœux de votre piété filiale, et de vous adresser en ce moment Nos plus paternels et plus affectueux encouragements.

19 APRILIS 1888.

Pontifex specialissime de Belgarum frequentia guadet, quippe quibus se speciali vinculo conjunctum sentit.

Laudat indolem nationis, testimonium Leopoldi I afferens.

Vous avez donné naguère une preuve éclatante de votre constance et de la fermeté de votre caractère, en revendiquant hautement le plein exercice des libertés religieuses qu'on avait essayé de vous ravir, ou du moins de vous diminuer. — Le souvenir des souffrances que vous supportâtes

Laudat recentem victoriam a catholicis belgis relatam.

alors et des sacrifices, que vous dûtes vous imposer, sera pour vous un stimulant qui excitera votre vigilance et soutiendra votre courage. Votre situation religieuse est améliorée. Veillez à ce qu'à l'avenir elle ne vienne plus à être compromise et en tout cas sachez, à l'occasion, la défendre vaillamment.

Concordiam inter se, Episcopatui obedientiam eisdem commendat.

A cette fin, et puisque l'union fait la force, soyez unis, unis entre vous et aux chefs qui vous dirigent, et en matière de religion soumis et obéissants aux Évêques, vos guides légitimes et sûrs. Évitez toute division de partis, et n'ayez qu'une pensée, qu'un seul et même esprit.

Momentum summum christianæ educationis proclamat.

L'instruction de la jeunesse et son éducation religieuse, vous le savez, forme l'objet des soins les plus incessants et les plus tendres de l'Église. Nous connaissons combien est grand, à ce sujet, le zèle et la sollicitude de vos Évêques. — Néanmoins Nous ne pouvons ne pas rappeler ici la haute importance qu'il y a, que la jeunesse dans les écoles, dans les collèges, au sein des familles reçoive partout un enseignement pur de toute doctrine erronée, et une éducation foncièrement catholique. En formant de la sorte l'esprit et le cœur des jeunes générations on aura travaillé de la manière la plus efficace au véritable bonheur de votre pays.

Novam cathedram in Universitate Lovaniensi erigendam se curasse recolit.

Nous aimons ajouter ici un mot sur l'Université catholique de Louvain. Dans l'intérêt de sa gloire et de sa prospérité Nous avons conseillé aux Évêques de fonder des chaires spéciales pour le haut enseignement de la philosophie, puisée aux sources des doctrines de l'Angélique saint Thomas. — De cet enseignement découleront, Nous en avons la certitude, des fruits précieux et abondants. Il s'y formera des savants de la plus haute valeur, qui rappelleront les gloires de l'ancienne Université de Louvain, l'orgueil de la Belgique. La générosité des Belges, Nous n'en doutons pas, viendra en aide aux besoins de ces nouvelles chaires.

Belgis benedicit.

Et maintenant il ne Nous reste, très chers fils, qu'à supplier le Seigneur qu'il daigne de répandre sur vous et sur votre patrie l'abondance des faveurs célestes. Et comme gage de ces faveurs et de Notre paternelle affection, Nous accordons à vous tous ici présents, aux Cercles et aux Sociétés catholiques, à vos familles et à tous les Belges la bénédiction Apostolique.

ALLOCUTIO

ad Polonos.

IN tanta hominum frequentia, qui undique ob quinquagesimum sacerdotii natalem ad Nos quotidie salutatum adeunt, gratum est et vos intueri quos ex Galicia et e Ducatibus Cracoviensi et Bucovinensi eximia pietatis vis Romam evocavit, scilicet ut et vestra et popularium vestrorum officia coram profiteremini. Haec voluntatum concordia, quae adeo est per se ipsa mirabilis, eo Nos vehementius delectat, quod cogitamus non exiguas esse inter vos et genere et sermone et ipso religioso ritu dissimilitudines. Utique nobilissima haec est, et verae Christi Ecclesiae unice propria laus, populos uno omnes complexu tenere coniunctos, simulque efficere ut, permanente morum atque originum discrimine, idem tamen universi sentiant, idemque velint. — Quod ad diversos caeremoniarum sanctissimarum ritus attinet, profecto Apostolica Sedes, quemadmodum re ipsa semper perspectum est, non modo non recusat, sed volens et libens concedit ut gentes singulae consuetudines legitimas traditumque a maioribus morem custodiant ac tueantur. — Tanta in unitate varietas, regii instar amictus est, specie formaque varia conspicui, quo immaculata Christi sponsa magis efficitur ad spectandum insignis.

21 APRILIS 1888.

Lætatus de frequentia Polonorum, Pontifex ex dissimilitudinibus, quæ inter se et ipsos sunt, argumentum sumit ad proclamandum Ecclesiæ universalis decorem.

Atque huiusmodi conciliandorum populorum virtus, quae in Ecclesia residet, late manat, multumque potest, ut vos ipsi experiendo nostis, ad componenda dissidia tollendasque difficultates, quas forte vel rerum eventa vel hominum studia excitaverint.

Inde apud omnes multum valet ad pacem.

Sancte igitur inviolateque praeclarum istum retinete animorum consensum, qui perpetuus est et fidei comes et caritatis christianae fructus. — Pergite in obsequio obedientiaque erga apostolicam Sedem, multis iam rebus perspecta, immotos permanere: itemque ad omnem christianam laudem contendere; ad illustria maiorum vestrorum exempla vitam moresque componere.

Hortatur eos ad consensum, obsequium erga Sedem Apostolicam, fiduciamque in Pontificem ipsis devotissimum.

Ceterum magnopere velimus in studio vos curaque Nostra paterna securos conquiescere. Officia vobis Nostra nullo tempore defutura sunt : et quantum vigilando nitendoque possumus, tantum, vestro commodo, elaborabimus in tutandis augendisque rebus omnibus, quae ad incolumitatem prosperitatemque religionis pertinere intelligantur.

Interea uberem vobis caelestium munerum copiam imploramus, eorumque auspicem, pariterque benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem vobismetipsis, quotquot adestis, itemque civibus vestris peramanter in Domino impertimus.

ALLOCUTIO

ad Lusitanos.

SIATE i benvenuti anche voi, diletti figli, che non voleste esser da meno degli altri nel festeggiare il Nostro Giubileo sacerdotale e nel testimoniarci la vostra incrollabile devozione. Voi vi gloriate che i cattolici del Portogallo non la cedano a nessun' altra nazione in amore ed in attaccamento alla Nostra Persona ed alla Chiesa. E noi abbiamo la consolazione di assicurarvi che la benevolenza Nostra vi abbraccia tutti con non minore effusione che gli altri Nostri figli più cari. — Voi protestate solennemente di portare qui innanzi al Nostro trono intatta, vigorosa, ardente quella fede che ereditaste dagli avi vostri e che conservaste sempre gelosamente, come il più ricco tesoro. E Noi, ringraziando il cielo che vi ha degnati di un favore cosi segnalato, vi dichiariamo colla maggior compiacenza, che dono più gradito e più preziozo non potevate arrecarci ; ed in grazia di questo sentimento che vi muove, Ci si rendono vie più preziosi e graditi anche gli altri doni e le altre prove di filiale ossequio, con cui la generosa pietà dei Portoghesi volle prender parte alla letizia del Nostro cinquantesimo di Sacerdozio.

26 APRILIS 1888.

Paternum affectum in Lusitanos eo libentius testatur Pontifex,

quo eloquentius ipsi fidem suam inconcussam proclamarunt.

Del resto, voi già conoscete, figli carissimi, i sentimenti che nutriamo nell' animo per voi e per la vostra nazione : più volte, in occasioni recenti, abbiamo avuto agio di far noto publicamente il premuroso interesse che prendiamo per l' incremento della religione e per la prosperità del vostro paese : più volte abbiamo volentieri riconosciuto i titoli insigni di benemerenza dai Portoghesi e dai loro Re aquistati verso la Chiesa ; più volte abbiamo attestato l' animo Nostro propenso a rinnovare in vostro favore gli esempi di speciale amore e benevolenza lasciati dai Nostri Predecessori. — Ma ora amiamo di ripeter tutto questo a voi col vivo della voce, e col mezzo vostro a tutti i vostri concittadini. La prima Nostra cura è sempre di promuovere

Recolit Pontifex quæ jam antea pro Lusitania egerit, præsertim recenti Concordato.

in tutto il regno e nelle vostre colonie i vantaggi della fede; ma da questi siam certi che trae immenso profitto la stessa sociale prosperità della nazione. Sempre, come nella conclusione del recente Concordato, è Nostro fermo intendimento di provvedere innanzi tutto al bene delle anime secundo che le speciali condizioni dei tempi e delle cose lo esigono, e di tener conto al tempo stesso di tutti i legittimi interessi e delle gloriose tradizioni del Portogallo. Sempre lo insegnammo; ma tutta la vostra storia è la più luminosa conferma del salutare influsso della religione sulla felicità dei popoli. — E questo Ci fa ardentemente desiderare che nel vostro regno, come da per tutto, possa sempre godere la Chiesa libertà di spiegare la sua azione benefica, e di formare alla sua scuola elette schiere di valorosi operai, dell' uno e dell' altro clero, pieni dello spirito di GESÙ CRISTO, mediante i quali, conservare in patria e far giungere nelle lontane regioni i beneficî della fede e della vera civiltà.

Vota facit pro libertate Ecclesiæ.

Per ciò che spetta a voi, figli carissimi, calcate, vi diciamo con paterno e caldo affetto, le vestigia dei vostri maggiori, e date nuovamente al mondo lo spettacolo della loro fede operosa come nei tempi migliori. — Siate tutti concordi e coraggiosi nella professione e nella difesa della religione: nessuno spirito di parte divida e indebolisca le vostre forze: nessuna difficoltà vi allontani da quella devozione per la Chiesa e per la Santa Sede, che meritò al vostro regno il glorioso titolo di *Fedelissimo*. A questo fine imploriamo per voi la speciale protezione del cielo; e con singolare affetto impartiamo a Sua Maestà Fedelissima e a tutta la reale famiglia, a voi qui presenti, alle vostre famiglie e a tutto il Portogallo l'Apostolica benedizione.

Avitæ traditioni ut fideles maneant ipsos hortatur, eis benedicens.

ALLOCUTIO

ad Hollandienses.

LES sentiments que vous venez de Nous exprimer, très chers fils, sont dignes de vous et de la fermeté de votre caractère. Votre langage aussi noble que franc et loyal témoigne que les catholiques Néerlandais connaissent et jugent sainement les artifices et les manœuvres insidieuses des ennemis de l'Église et qu'ils sont résolus à les combattre avec un courage tout chrétien.

29 APRILIS 1888.

Laudat Hollandienses de robusta fide, deque tam longo itinere suscepto.

C'est pour affirmer devant Nous ces généreux sentiments et pour fortifier encore plus votre foi et votre piété que vous avez entrepris ce lointain pèlerinage à Rome à l'occasion de Notre Jubilé sacerdotal ; car vous êtes persuadés qu'en honorant, comme tous les peuples viennent de le faire, en Notre Personne, le Vicaire de JÉSUS-CHRIST, et en recevant ses paternelles exhortations, vous puisez une nouvelle force pour soutenir avec succès vos luttes et pour triompher de vos adversaires. — Nous sommes, en effet, à une époque de luttes et de combats ; les assauts de nos ennemis ont, de nos jours, redoublé; ils sont devenus plus audacieux, et leur haine contre l'Église plus accentuée. Et cependant quel est le spectacle qu'offre à leurs regards l'Église catholique en ce moment ? Ils la voient, cette Église, briller d'un éclat, où rejaillit sa vertu divine avec une splendeur qui grandit à mesure qu'ils la persécutent davantage. Ils voient les peuples de toutes les nations et de tous les pays accourir à Rome, avec le plus tendre amour se prosterner aux pieds du Pontife romain dépouillé et prisonnier, Lui offrir les trésors de leurs richesses, l'hommage de leur respect filial et de leur inébranlable attachement. — Ce sont là des faits que nulle cause humaine ne saurait expliquer ; des faits providentiels qui devraient frapper l'esprit de nos adversaires, et les persuader combien leur haine est déraisonnable et insensée. — Mais hélas ! il n'est que trop vrai que le propre des sectes est d'aveugler et d'endurcir le cœur de leurs adhérents. Dès

Ecclesiam hocce jubilæo magnificari ut vere divinam testatur.

Sicut Pontifex Romæ certare cogitur.

lors, malgré nous et par la nécessité de la défense, la lutte s'impose et devient inévitable.

ita Hollandienses fortiter demicant pro juribus fidei.

Quant à vous, chers fils, Nous savons, comme Nous le disions tout à l'heure, avec quelle fermeté les catholiques de la Néerlande, nonobstant d'incessantes difficultés, continuent cette lutte, avec quelle constance ils ont toujours défendu l'intégrité de leur foi, et montré leur fidélité à l'Église et aux traditions religieuses de leurs pères. — Tout récemment encore ils ont donné une éclatante preuve de cette fidélité en renouvelant leurs pèlerinages, et en Nous faisant connaître par leurs Évêques, d'une manière toute spéciale et touchante, la part qu'ils prenaient à Nos amertumes et à Nos angoisses.

Continuez donc, très chers fils, à maintenir vos âmes dans vos pieuses et généreuses dispositions : démontrez-en l'efficacité par une action énergique, persévérante et soutenue.

Perseverent, hierarchiæ restitutæ subditi,

— Le rétablissement de la hiérarchie ecclésiastique dans votre pays est devenu pour vous une source féconde de bienfaits et d'heureuses espérances. Que donc, sous la houlette de vos pasteurs et de vos guides, les vérités catholiques se répandent de plus en plus parmi vous, et que leur beauté et leur attrait surnaturel captivent les esprits les plus rebelles.

scholas catholicas quam plurimas ubique spargentes.

Afin de mieux assurer la victoire, Nous vous exhortons vivement à multiplier et à favoriser les écoles partout où il y a des populations catholiques, même dans les plus humbles villages et les hameaux, et à faire en sorte que la jeunesse soit préservée de toute doctrine erronée, et reçoive partout une instruction et une éducation conformes aux enseignements de la foi et de la morale catholiques.

Ipsis benedicit.

Tels sont les vœux que Nous formons pour la prospérité et l'accroissement de la religion catholique dans votre patrie : et en implorant sur elles l'abondance des faveurs célestes, comme gage de Notre spéciale affection, Nous accordons aux dignes Évêques ici présents, au Clergé, à vous tous et à vos familles, à tous les catholiques de la Néerlande la bénédiction Apostolique.

ALLOCUTIO

ad fideles dioecesis Barcinonensis.

NON è questa la prima volta che abbiamo la consolazione di vedere innanzi a Noi i buoni cattolici della Catalogna, i quali nel corso del Nostro Pontificato sentirono spesso il bisogno di offrirci personalmente l'omaggio della loro filiale devozione. — Anche dalle altre provincie, Ci è grato il ricordarlo, accorsero qui allo stesso scopo Spagnuoli in gran numero, animati verso di Noi dagli stessi sentimenti di ossequio e di amore.

3 MAII 1888.

Pontifex laudat Hispanorum frequentiam, munificentiam, obedientiam.

Oggi pertanto, diletti figli, vedendovi qui raccolti siamo lieti di salutarvi collo stesso affetto di altra volta ; vorremmo anzi dire, se fosse possibile, con affetto e compiacenza anche maggiore ; chè in questo tempo, ed in ispecie in occasione del Nostro Giubileo sacerdotale, Ci avete dato nuove prove, e splendidissime, del vostro inviolabile attaccamento alla Nostra Persona e alla Sede Apostolica. Vedemmo qui infatti, nello scorso Gennaro, accorrere per le feste giubilari numerosi i Vescovi, vedemmo con essi numerose rappresentanze del Clero e laicato, e nobilissime dame spagnuole. — Universali poi e solenni furono le dimostrazioni con cui la cattolica Spagna, dietro l'esempio della piissima e dilettissima Nostra Figlia la Regina Reggente, volle prendere parte alla letizia del Nostro Giubileo ; ricchissimi furono i suoi doni e le sue offerte ; e il posto distintissimo che occupa la Spagna nella Mostra Vaticana parla altamente della generosità dei suoi figli verso di Noi. — A questi titoli singolari un altro se ne aggiunge agli occhi Nostri preziosissimo : vogliamo dire la docile e pronta obbedienza con cui vi gloriate di accogliere e di seguire gl' insegnamenti della Sede Apostolica. È questa la migliore prova del vostro incrollabile attaccamento al centro della fede : ma al tempo stesso è questa la vostra sicurezza e salute in mezzo a tanta colluvie di errori e alla pazza superbia del secolo, che spinge gli animi a ribellarsi alla verità e a Dio. — Le parole che più volte abbiamo diretto alla Spagna cattolica, improntate sempre dalla più paterna solleci-

Iterum monet eos, ut ab inimicorum insidiis vigilantiâ securi, concordes inter sese existant.

tudine, non ebbero altro scopo che provvedere ai vostri speciali bisogni: vi premunimmo sui pericoli che oggi incontra la religione, e sulle insidie dei nemici; e in particolar modo sempre vi raccomandammo di rimuovere di mezzo a voi le cause di divisione, far tacere le gare di partito di fronte ai grandi interessi della Chiesa e della patria, riunire gli animi nell' amore e nella professione di quella fede per la quale la Spagna fu già così grande e gloriosa. Sono gli stessi sentimenti che anche in questo momento C' ispirano; è lo stesso scopo che Ci muove: sono gli stessi ammaestramenti che v' impartiamo. — E voi, figli dilettissimi, secondateli sempre colla certezza di compiere un sacro dovere che ridonda tutto a bene ed a prosperità della vostra nazione.

Laudat Hispanos quod tam ægre spoliatum esse Pontificem patiantur.

Vindicat fortiter sua iura.

Questo stesso, in modo speciale, si avvera di quel vivo interesse che tutti prendete alla causa della Nostra indipendenza e libertà. — Sappiamo che questa causa sta profondamente a cuore alla grande maggioranza degli Spagnuoli, i quali deplorano con Noi l'indegna condizione cui fummo ridotti, e reclamano con Noi e per Noi quella vera sovranità, senza la quale non è che ombra e nome vano l' indipenza del Nostro supremo potere. — Con ciò voi mostrate di comprenderne l' altissima importanza che non solo nell' ordine religioso, ma altresì nell' ordine sociale riveste siffatto potere, la forza invincibile di cui è dotato, e la virtù che spiega in mille guise a beneficio dei popoli e delle nazioni. Con ciò voi condannate la stoltezza di coloro che per fini settari lo combattono e vorrebbero vederlo avvilito e ridotto, se fosse possibile, all' impotenza. — Sarà un nuovo vanto e una nuova gloria per la cattolica Spagna l' aver propugnato e sostenuto in momenti così difficili le sacre ragioni del romano Pontificato.

Benedicit Hispanis.

Con questi sentimenti, dal fondo del cuore e colla maggior tenerezza, vi benediciamo; e con voi qui presenti benediciamo tutti coloro di cui siete i rappresentanti: benediciamo la degna vostra Regina e il Re, suo figlio, i vostri Vescovi, il Clero e il popolo, le opere e le istituzioni cattoliche e tutta la nazione Spagnuola.

EPISTOLA

ad Episcopos Brasiliae

DE SUBLATA IBIDEM SERVITUTE.

5 MAII 1888.

Servos Brasiliæ multos occasione jubilæi sui libertate donatos maxime lætatur Pontifex.

IN plurimis maximisque pietatis significationibus, quas universae fere gentes, ad gratulandum Nobis annum quinquagesimum sacerdotii feliciter plenum, exhibuerunt quotidieque exhibent, una quaedam singulariter movit, a Brasilia profecta, quod nimirum, ob eius eventus faustitatem, libero sint iure donati non pauci ex iis, qui per latissimos istius imperii fines sub iugo ingemunt servitutis. — Tale quidem opus, christianae plenum misericordiae, curantibus cum clero viris matronisque beneficiis, auctori Deo et largitori bonorum omnium oblatum est, tamquam gratiarum testimonium de aucto tam benigne Nobis munere aetatis et incolumitatis. — Nobis autem fuit acceptum in primis et iucundum, eo vel magis, quod in hac Nos pergrata opinione confirmabat, omnino velle Brasilianos servitutis immanitatem tolli penitusque extirpari. Cui quidem voluntati populari obsecundatum est eximio studio ab Imperatore pariter et a Filia augusta, itemque ab eis qui rei publicae praesunt, certis quoque legibus in id latis et sancitis. Quantum Nobis haec res afferret solatii, nominatim, superiore mense Ianuario, augusti Imperatoris apud Nos Legato declaravimus : hoc amplius adiuncto, Nosmetipsos ad Episcopos Brasiliae, miserorum servorum caussâ, litteras daturos (1).

Inde, necnon aliunde, de servitule penitus ibidem tolenda auguratur.

Christus, cujus gerit vicem, ad liberandum hominem incarnatus.

Nos quidem ad omnes homines vice fungimur Christi, Filii Dei, qui humanum genus amore tanto complexus est, ut non modo non recusarit, naturâ nostra suscepta, versari nobiscum, sed et nomen adamarit Filii hominis, palam testatus, se ad consuetudinem nostram propterea accessisse *ut praedicaret captivis remissionem* (2), atque a pessima, quae

---

1. « A l'occasion de notre Jubilé,... Nous désirons donner au Brésil un témoignage « tout particulier de Notre paternelle affection, au sujet de l'émancipation des « esclaves. » *(Réponse à l'Adresse du Ministre du Brésil, de Souza Correa.)*

2. Is., LXI, 1 ; Luc., IV, 19.

peccati est, servitute humano genere vindicato, *omnia quae in caelis et quae in terra sunt in se instauraret* (1), itemque universam Adami progeniem ex alta communis noxae ruina in gradum pristinum dignitatis restitueret. Aptissime ad rem S. Gregorius Magnus: *Quum Redemptor noster totius conditor creaturae, ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem assumere, ut divinitatis suae gratia, dirupto, quo tenebamur captivi, vinculo servitutis, pristinae nos restitueret libertati, salubriter agitur, si homines quos ab initio natura liberos protulit, et ius gentium iugo substituit servitutis, in ea qua nati fuerant, manumittentis beneficio, libertate reddantur* (2). — Addecet igitur, et est plane muneris Apostolici, ea omnia foveri a Nobis impenseque provehi, unde homines tum singuli tum iure sociati habere queant praesidia ad multiplices miserias levandas, quae, tamquam corruptae arboris fructus, ex culpa primi parentis profluxere: ea quippe praesidia, quocumque in genere sunt, non modo ad cultum et humanitatem valde possunt, sed etiam apte conducunt ad eam rerum ex integro renovationem, quam Redemptor hominum IESUS CHRISTUS spectavit et voluit.

Teste Gregorio, servorum liberatio Deo grata.

Quæcumque ad renovandum humanum genus conducunt, Pontificis sunt.

Iamvero tot inter miserias, graviter deplorandum videtur de servitute, cui pars non exigua humanae familiae abhinc multis saeculis est obnoxia, in squalore iacens et sordibus, idque omnino contra quam a Deo et natura erat primitus institutum. — Sic enim ille rerum conditor summus decreverat, ut homo in bestiis et agrestibus et natantibus et volucribus regium quemdam dominatum teneret, non item ut in similes sui homines dominaretur: *Rationalem factum*, ex Augustini sententia, *ad imaginem suam, noluit nisi irrationabilibus dominari: non hominem homini, sed hominem pecori* (3). Quo fit ut *conditio servitutis iure intelligatur imposita peccatori. Proinde nusquam Scripturarum legimus servum, antequam hoc vocabulo Noe iustus peccatum filii vindicaret. Nomen itaque istud culpa meruit, non natura* (4).

Servitus, statui naturali opposita, teste Augustino, pœna est.

Ex primi contagione peccati et cetera mala omnia et ista erupit monstrosa perversitas, ut homines fuerint, qui, memoriâ fraternae ab origine coniunctionis reiecta, non iam

1. Ephes., I, 10. — 2. Lib. VI, ep. 12. — 3. Gen., I, 26.—4. Gen. I, Noe c. XXX.

duce natura mutuam inter se benevolentiam mutuamque observantiam colerent, sed cupiditatibus obedientes suis, homines alios infra se putare coeperint, et perinde habere ac nata iugo iumenta. Hoc modo, nulla ratione habita neque communis naturae, neque dignitatis humanae, neque divinae expressae similitudinis, consecutum est ut, per certationes et bella quae deinde exarserunt, qui vi existerent superiores, ii victos sibi subiicerent, atque ita multitudo eiusdem generis individua sensim in duas abscesserit partes, sub victoribus dominis victa mancipia. — Cuius rei luctuosum quasi theatrum memoria priscorum temporum explicat, ad tempora usque Domini Servatoris, quum calamitas servitutis populos omnes late pervaserat, rariorque erat numerus ingenuorum, ut Caesarem poeta ille atrociter dicentem induxerit ; *Humanum paucis vivit genus* [1]. Idque apud eas etiam nationes viguit, quae omni cultu expolitae eminebant, apud Graecos, apud Romanos, quum paucorum dominatio esset in plurimos ; eaque cum improbitate et superbia tanta exercebatur, ut servorum turbae nihil supra censerentur quam bona, non personae sed res, omnis expertes iuris, ipsa adempta facultate retinendae fruendaeque vitae. *In potestate dominorum sunt servi, quae quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitae necisque potestatem esse, et quodcumque per servum acquiritur id dominis acquiritur* [2]. — Ex hac rerum perturbatione licuit dominis servos permutare, venumdare, hereditate tradere, caedere, morti dare, iisque abuti ad licentiam diramque superstitionem : impune et in luce licuit. — Quin etiam ethnicorum qui prudentissimi ferebantur, philosophi insignes, consultissimi iuris, hoc sibi aliisque, per summam communis iudicii iniuriam, suadere conati sunt, esse servitutem nihil aliud quam necessariam naturae conditionem : nec enim sunt veriti profiteri, quia servorum genus generi liberorum longe multumque et virtute intelligendi et praestantia corporum cederet, oportere idcirco, servos, veluti carentia ratione et consilio instrumenta, dominorum usquequaque voluntatibus temere indigneque

5 MAII 1888.

Genesis servitutis describitur.

Immensus servorum numerus ante Christum natum;

Pessima eorumdem conditio.

Immanis de servitutis necessitate, deque servorum natura apud philosophos doctrina.

1. Lucan., *Phars*, V, 343. — 2. Iustinian. *Inst.* l. 1, tit, 8, n. 1.

servire. Eiusmodi detestanda maxime tum inhumanitas tum iniquitas; qua semel accepta, nulla iam sit oppressio hominum barbara et nefanda, quae non sese in legis quadam iurisve specie impudentissime tueatur. — Inde vero quale flagitiorum seminarium, quae pestis et pernicies in civitates manarit, exemplorum pleni sunt libri: in animis servorum, exacui odia, teneri dominos suspicione metuque perpetuo; alios ad explendas iras parare faces, cervicibus alios instare crudelius; aliorum numero, aliorum vi civitates commoveri, levi momento dissolvi: tumultus et seditiones, direptiones et incendia, praelia caedesque misceri.

Inde infinitæ calamitates civitatibus ortæ.

In eo deiectionis profundo mortalium plurimi laborabant, multoque miserius ut mersi erant superstitionum caligine; quum, maturis divino consilio temporibus, lux e caelo admirabilis oborta est, et gratia redimentis Christi ad hominum universitatem se copiose profudit; cuius beneficio illi erecti sunt e caeno et aerumna servitutis, omnesque omnino a deterrimo peccati servitio ad praestantissimam dignitatem filiorum Dei sunt revocati et adducti. — Apostoli enimvero inde ab initio Ecclesiae, praeter alia praecepta vitae sanctissima, hoc etiam tradidere et inculcavere, quod est non semel scriptum a Paulo ad renatos e lavacro Baptismatis: *Omnes filii Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu: quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina; omnes enim vos unum estis in Christo Iesu* (1). *Non est Gentilis et Iudaeus, circumcisio et praeputium, barbarus et Scytha, servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus* (2). *Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Iudaei sive Gentiles, sive servi sive liberi, et omnes in uno Spiritu potati sumus* (3). — Aurea sane, honestissima, saluberrima documenta, quorum efficacitate non modo hominum generi decus redditur suum atque augetur, sed etiam, cuiuscumque ipsi sunt loci vel linguae vel gradus, inter se consociantur et vinculis fraternae necessitudinis arctissime continentur. Ea vere beatissi-

Christus homines ad dignitatem filiorum Dei revocavit,

teste Paulo.

1. Gal., III, 26-28. — 2. Coloss., III, 11. — 3. I Cor., XII, 13.

mus Paulus, qua Christi urgebatur caritate, ex ipso Eius corde hauserat, qui se fratrem singulis cunctisque hominibus perbenigne dedidit, quique de se omnes, ne uno quidem dempto aut posthabito, ita nobilitavit ut consortes adscisceret naturae divinae. Ea ipsa non secus fuere ac divinitus insertae propagines, quae mirum in modum provenientes effloruerunt ad spem felicitatemque publicam; quum, decursu rerum et temporum, perseverante opera Ecclesiae, societas civitatum ad similitudinem familiae renovata coaluerit, christiana et libera.

5 MAII 1888.

Qua ex doctrina germinavit nova societas christiana libera.

Principio enim solertissima cura Ecclesiae in eo versata est, ut populus christianus de hac etiam magni ponderis re sinceram Christi et Apostolorum doctrinam acciperet probeque teneret. Iam nunc per Adamum novum, qui est Christus, communionem fraternam et hominis cum homine et gentis cum gente intercedere: ipsis, sicut unam eamdemque, intra naturae fines, originem, sic, supra naturam, originem unam eamdemque esse salutis et fidei: omnes aequabiliter in adoptionem unius Dei et Patris accitos, quippe quos eodem ipse pretio magno una redemerit: eiusdem corporis membra omnes, omnesque eiusdem participes mensae divinae: omnibus gratiae munera, omnibus item munera vitae immortalis patere. — Hisce positis, tamquam initiis et fundamentis, contendit Ecclesia ut servilis vitae oneribus et ignominiae mitigationem aliquam bona mater afferret; eius rei caussa iura atque officia dominos inter servosque necessaria, prout affirmata sunt in Apostolorum epistolis, definivit valideque commendavit. — Apostolorum enim principes ita servos quos adiunxerant Christo commonebant: *Subditi estote in omni timore, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis* (1). *Obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo; non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus; scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus sive liber* (2). Idem Paulus

Ab exordio Ecclesia homines docuit æquales origine, doptione,

societate.

Servilem statum primo mitigare studuit, officiis mutuis descriptis,

docente Paulo.

1. I Petr., II, 18. — 2. Eph., VI, 5-8.

Timotheo suo : *Quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur : qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis serviant, quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. Haec doce et exhortare* (1). Tito pariter mandavit, doceret servos *dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus* (2). — Illi vero fidei christianae prisci discipuli optime intellexerunt, ex tali hominum fraterna in Christo aequalitate nihil admodum de obsequio, de honore, de fidelitate, de ceteris officiis, quibus ad dominos tenerentur, neque minui neque remitti ; inde autem non unum consequi bonum, ut eadem nimirum officia et certiora essent, et leviora fierent atque suavia ad exercendum, et fructuosiora ad gloriam promerendam caelestem. Sic enim dominis reverentiam et honorem habebant tamquam iis hominibus qui auctoritate Dei, a quo omnis potestas derivatur, pollerent ; non apud ipsos poenarum metus aut consiliorum astutia et incitamenta utilitatum valebant, sed conscientia officii, vis caritatis.

Utrorumque fructus ex hac doctrina colligitur, servorum utpote libertorum, dominorum utpote servorum Christi.

Vicissim ad dominos iusta ab Apostolo spectabat cohortatio, ut bene factis servorum gratiam ipsi bonam rependerent : *Et vos, domini, eadem facite illis, remittentes minas ; scientes quia et illorum et vester Dominus est in caelis, et personarum acceptio non est apud eum* (3) : considerarent, sicut servo haud aequum sortem dolere suam, quum *libertus sit Domini*, neque item homini libero, quum *Christi sit servus* (4), licere usquam spiritus tollere superbeque imperare. In quo erat dominis praeceptum, ut suis ipsi in servis hominem agnoscerent convenienterque colerent, neque alios a se natura, et secum pares religione conservosque ad communis Domini maiestatem. — Istis tam rectis legibus, maximeque factis ad partes conformandas societatis domesticae, re ipsa paruerunt Apostoli.

Quæ Paulus docuit, primus egit, Onesimum commendans.

Insigne Pauli exemplum, ut fecit ille scripsitque benevole pro Onesimo, servo Philemonis fugitivo : quem ad eum remittit hac peramanti commendatione : *Tu*

1. I Tim., VI, 1-2. — 2. Tit., II, 9-10. — 3. I Ephes., VI, 9. — 4. I Cor., VII, 22.

autem illum ut mea viscera suscipe,... iam non ut servum, sed pro servo carissimum fratrem et in carne et in Domino : si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa (1).

5 MAII 1888.

Christiana agendi ratio, ethnicæ opponitur.

Utramque agendi rationem in servos, ethnicam et christianam, qui conferre velit, facile dabit, fuisse alteram inclementem et flagitiosam, alteram mitissimam plenamque honestatis, neque erit commissurus, ut Ecclesiam, tantae indulgentiae ministram, merita laude fraudare videatur. — Id eo vel magis, quum quis diligenter advertat qua Ecclesia lenitate et prudentia foedissimam servitutis pestem exsecuit depulitque. — Illa enim ad manumissionem libertatemque curandam servorum noluit properare, quod, nisi tumultuose et cum suo ipsorum damno reique publicae detrimento fieri profecto non poterat ; sed praecipuo consilio prospexit ut animi servorum in disciplina sua erudirentur ad veritatem christianam, et consentaneos mores cum baptismo induerent. Quamobrem, in servorum multitudine quos sibi filios adnumerabat, si qui, spe aliqua illecti libertatis, vim et seditionem essent moliti, ea vitiosa studia improbavit semper Ecclesia et compressit, adhibuitque per suos ministros remedia patientiae. Haberent scilicet persuasum, se quidem, propter sanctae fidei lumen atque insigne a Christo acceptum, ethnicis dominis multum dignitate antecellere, ab ipso tamen fidei Auctore et Parente religiosius adstringi, ne quid adversus eos in se admitterent, neu minimum a reverentia eis debita et obedientia discederent ; se autem quum nossent regno Dei adlectos, libertate filiorum eius potitos, ad bona non peritura vocatos, laborare ne vellent de abiectione incommodisque vitae caducae, sed oculis animisque ad caelum sublatis, se ipsi consolarentur sanctoque in proposito confirmarent. Servos in primis allocutus est Petrus Apostolus quum scripsit : *Haec est gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. In hoc enim vocati estis, quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius* (2). — Laus tanta sollicitudinis cum moderatione coniunctae, quae divi-

Sapientissime Ecclesia servitutis pestem paulatim sustulit.

Rebelles servos damnat : ad patientiam hortatur, intuitu dignitatis christianæ et patientiæ Christi.

1. Ad Phil., 12-18. — 2. I Petr., II, 19-21.

Nihilominus quo mitiores et magis subditi dominis, eo ad resistendum persecutoribus, jussisque injustis, fortiores fuerunt.

nam Ecclesiae virtutem praeclarius exornat, augetur etiam a fortitudine animi supra quam credibile sit invicta et excelsa, quam bene multis de servis infimis potuit ipsa indere et sustinere. Permira res, qui dominis suis erant in exemplum morigeri eorumque gratiâ omnium erant laborum patientissimi, nullo ipsos pacto potuisse adduci, ut dominorum iniqua mandata mandatis Domini sanctis anteferrent, atque adeo vitam acerbissimis cruciatibus, securis animis, securo vultu, obiecisse. Nomen *Patamianae* virginis ad memoriam invictae constantiae ab Eusebio celebratur : quae scilicet potius quam impudici heri indulgeret libidini, mortem non timida oppetiit, et profuso sanguine fidem IESU Christo servavit. Similia admirari licet servorum exempla, qui, dominis libertatem sibi animorum, fidemque Deo obligatam oppugnantibus, firmissime ad necem repugnaverunt : qui vero, christiani servi, aliis de caussis restiterint dominis, vel coniurationes turbasve civitatibus exitiosas concitarint, historia prodidit nullos.

Exempla martyrum e servitio afferuntur multa, rebellium nulla.

Pacatis exinde rebus quietisque Ecclesiae temporibus, apostolica documenta de fraterna inter Christianos coniunctione animorum sancti Patres admirabili exposuere sapientia, et caritate pari ad servorum utilitatem transtulerunt, hoc enisi convincere, ut iura quidem dominis in operis servorum ex honesto constarent, nequaquam vero liceret imperiosa illa potestas in capita et immanis saevitia. In Graecis praestat Chrysostomus, qui habet hunc locum saepe tractatum, quique perlaeto animo et lingua affirmavit, servitutem, ad veterem verbi notionem, iam per id tempus, magno christianae fidei beneficio esse sublatam, ut sine re nomen inter Domini discipulos et videretur et esset. Etenim Christus (sic ille summatim disputat), quum culpam origine contractam summa in nos miseratione detersit, sanavit idem consecutam multiplicem ad ordines societatis humanae corruptionem ; propterea que, quemadmodum mors per ipsum, terroribus positis, placida est ad beatam vitam migratio, ita sublatam esse servitutem. Christianum hominem, nisi rursus peccatis serviat, servum ne dixeris : fratres omnino, quotquot sunt in CHRISTO IESU renati et suscepti :

Paulatim, disjuncto justo ab injusto, Ecclesia in servitute aliud damnavit, aliud toleravit.

Doctrina Chrysostomi, apud Græcos, de sublata per Christum servitute.

a nova ista procreatione atque in Dei familiam cooptatione, non a claritate generis, ornamenta proficisci; a veritatis, non a sanguinis laude dignitatem parari; quo vero species ipsa evangelicae *fraternitatis* ampliorem habeat fructum, opus admodum esse, vel in externa vitae consuetudine, vicissitudinem quamdam elucere studiorum et officiorum libentissimam, ita ut servi eodem ferme loco ducantur quo domestici et familiares, iisque a patrefamilias non solum ea suppetant quae sunt vitae victusque, sed omnia etiam religiosae institutionis praesidia. E singulari denique salutatione Pauli ad Philemonem, gratiam adprecantis et pacem *Ecclesiae quae in domo tua est* (1), documentum aeque dominis servisque christianis optime haberi statutum, quos inter communio sit fidei, inter eos communionem esse debere caritatis (2). — De Latinis merito et iure commemoramus Ambrosium; qui tam studiose in eadem caussa omnes necessitudinum rationes est persecutus, tamque definite ad christianas leges utrique hominum generi propria attribuit, nemo ut aptius fecerit: cuius sententiae nihil attinet dicere quam plene cum sententiis Chrysostomi perfecteque conveniant (3).

5 MAII 1888.

Quid fraternitas evangelica.

Inde servi jam domestici et familiares.

Idem habet, apud Latinos, præcipue Ambrosius.

Erant haec rectissime, ut patet, utiliterque praescripta; sed et iam, quod caput est, integre sancteque a priscis temporibus sunt custodita ubicumque floruit christiana professio. — Quod nisi esset, non ita Lactantius, defensor ille religionis eximius, confidenter quasi testis instaret: *Dicet aliquis: Nonne sunt apud vos alii pauperes, alii divites, alii servi, alii domini? nonne aliquid inter singulos interest? Nihil: nec alia caussa est cur nobis invicem fratrum nomen impertiamur, nisi quia pares esse nos credimus: nam quum omnia humana, non corpore sed spiritu metiamur, tametsi corporum sit diversa conditio, nobis tamen servi non sunt, sed eos et habemus et dicimus spiritu fratres, religione conservos* (4).

Præclarus locus Lactantii.

Procedebant Ecclesiae curae in patrocinio servorum, et, nullâ missa opportunitate, eo usque caute pertinebant, si

1. Ad Phil., V, 2. — 2. Hom. XXIX, in Gen., or. in Lazar., Hom. XIX. in ep. I ad Cor., Hom. I, in ep. ad Phil. — 3. De Abr. de Iacob, et vita beata c. III, de Patr. Ioseph. c. IV, Exhort. virgin. c. I. — 4. Divin. Instit. l. V. c. 16.

De servis libertate donandis a principio Ecclesia sollicita.

tandem ii possent in libertatem dari: quod profuturum valde erat ad salutem etiam sempiternam. — Bene respondisse eventus, annales sacrae antiquitatis afferunt testimonia. Nobiles ipsae matronae, Hieronymi laudibus spectatissimae, huic rei iuvandae singularem operam contulerunt: referente autem Salviano, in christianis familiis, iisque non ita locupletibus, fiebat saepenumero, ut servi manumissione munifica liberi abirent. Quin etiam eo praeclarius specimen caritatis S. Clemens multo ante laudavit; quemadmodum Christiani nonnulli sese servituti, conversis personis, subiecerint, quod servos quosdam alio pacto liberare nequissent (1). — Quare, praeter quam quod servorum manumissio in templis haberi, item ut actio pietatis, coepta est, eam Ecclesia instituit christifidelibus testamenta facientibus commendare, tamquam opus pergratum Deo magnique apud ipsum meriti et praemii: ex quo illa manumissionis heredi mandandae concepta verba *pro amore Dei*, *pro remedio* vel *mercede animae meae*. Neque rei ulli, in pretium captivorum, temperatum est: donata Deo bona, divendita; aurum et argentum sacrum, conflata; basilicarum ornamenta et donaria, alienata: id quod Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Eligius, Patritius, alii multi et sanctissimi viri fecerunt non semel. — Vel maxime fecerunt pro servis Pontifices romani, illi vere in omni memoria et infirmiorum tutores et vindices oppressorum. S. Gregorius M. quam plurimos potuit ipse in libertatem asseruit, et in concilio romano an. DXCVII iis libertatem concessam voluit qui monasticam vitam agere constituissent: posse servos, invitis dominis, matrimonia libere inire Hadrianus I defendit: ab Alexandro III, an. MCLXVII, apertissime edictum est mauro Valentiae regi, ne quem christianum hominem servitio addiceret, quod nemo natura servus, a Deo liberi omnes facti. Innocentius autem III, an. MCIIC, Ordinem *Sanctissimae Trinitatis Christianis redimendis* qui Turcarum in potestatem incidissent, rogatu auctorum, Ioannis a Matha, Felicis Valesii probatum ratumque habuit. Similem huic Ordinem *Mariae sanctae a Mercede* Honorius III posteaque

Egregia documenta antiqua.

Leges a Pontificibus de ipsis latae.

Ordo geminus ad hunc scopum institutus.

1. Ep. ad Cor., c. 55.

5 MAII 1888.

Gregorius IX rite probavere: quem Petrus Nolascus ea ardua lege condiderat, ut religiosi illi homines se ipsi pro Christianis in tyrannide captivis captivos devoverent, opus si esset ad redimendos. Idem Gregorius magis amplum libertatis subsidium decrevit, ut Ecclesiae servos nefas esset permutari: idem exhortationem ad Christifideles addidit, ut pro admissorem poenis servos suos Deo Sanctisque piaculi caussâ donarent. — Accedunt multa in hac re benefacta Ecclesiae. Ipsa etenim servos ab asperis dominorum iris damnosisque iniuriis, adhibitâ severitate poenarum, defendere consuevit; quos violenta manus vexaret, iis perfugia pandere aedes sacras; manumissos accipere in fidem, atque eos animadversione continere, qui ausi malis artibus liberum hominem in servitutem redigere. Eo ipsa propensius libertati favit servorum, quos quoquo modo, pro temporibus locisque, haberet suos; vel quum statuit ut omni servitutis vinculo ab episcopis solverentur, qui se laudabili vitae honestate aliquamdiu probassent, vel quum episcopis facile permisit, ut sibi addictos suprema voluntate liberos dicerent. Dandum item miserationi et virtuti Ecclesiae, quod servis remissum aliquid sit de gravitate legis civilis, quoad est impetratum, ut proposita Gregorii Magni temperamenta, in scriptum ius civitatum recepta, valerent: id autem factum, Carolo Magno praesertim agente, qui ea in *Capitularia* sua, quemadmodum postea Gratianus in *Decretum*, induxit. Monumenta denique, leges, instituta, continuo aetatum ordine, docent et declarant magnifice summam Ecclesiae caritatem in servos, quorum conditionem afflictam nullo tempore vacuam tutela reliquit, omni semper ope allevavit. — Itaque Ecclesiae catholicae, amplissimo Christi Redemptoris beneficio, expultrici servitutis, veraeque inter homines libertatis, fraternitatis, aequalitatis effectrici, satis numquam, proinde ac de prosperitate gentium merita est, haberi potest vel laudis vel gratiae.

Alia hac in re enumerantur Ecclesiæ beneficia.

Gregorii Magni et Caroli Magni documenta.

Ab Ecclesia vera libertas, fraternitas, æqualitas.

Saeculo inclinante quinto decimo, quo tempore, funestâ servitutis labe apud gentes christianas prope deleta, sese civitates in libertate evangelica stabilire atque etiam latius proferre imperium studebant, haec Apostolica Sedes dili-

Sæculo XV eadem libertatem domitarum nationum a tyrannide injusta vindicavit.

gentissime cavit, necubi mala eiusdem pravitatis germina reviviscerent. Ad regiones igitur nove repertas Africae, Asiae, Americae, vigilem providentiam intendit: fama enim manaverat, earum duces expeditionum, homines christianos, armis ingenioque minus recte uti, ad struendam imponendamque innoxiis nationibus servitutem, Cruda scilicet natura soli, quod erat subigendum, neque minus metallorum opes explorandae effodiendae, quum operas bene validas postularent, iniusta plane suscepta sunt atque inhumana concilia. Fieri enim coepta est quaedam mercatura, servis ad id opus ex Aethiopia deportandis, quae, nominata deinceps *la tratta dei Negri*, nimium quantum eas occupavit colonias. Secuta quoque est, non absimili iniuria, indigenarum hominum (qui universe *Indi* appellati) ad modum servitutis oppressio. His de rebus ubi Pius II certior est factus, morâ nulla interposita, die VII Octobris an. MCCCCLXII, epistolam dedit ad episcopum Rubicensem, qua tantam improbitatem redarguit et damnavit. Aliquo post tempore, Leo X quantum potuit officiorum et auctoritatis apud reges et Lusitaniae et Hispaniarum adhibuit, qui eam licentiam, religioni pariter atque humanitati iustitiaeque probrosam, radicitus excidendam curarent. Nihilo minus ea calamitas confirmata haerebat, manente impura caussa, inexplebili habendi cupiditate. Tum Paulus III, de conditione Indorum servorumque maurorum paterna caritate anxius, ad hoc venit extremum consilii, ut solemni decreto, in luce quasi conspectuque omnium gentium, pronuntiaret, triplicis modi potestatem illis deberi universis iustam et propriam; posse nimirum sui quemque esse iuris, posse consociatos suis legibus vivere, posse rem sibi facere et habere. Hoc amplius, litteris missis ad Card. Archiepiscopum Toletanum, qui fecissent contra idem decretum, in eos statuit interdictionem sacrorum, integra romano Pontifici reconciliandi facultate (1). Eâdem providentia eademque constantia, Indis atque Mauris, iisque vel nondum christiana fide instructis, alii subinde Pontifices sese assertores libertatis acerrimos praestitere, Urbanus VIII, Benedictus XIV, Pius VII; qui praeterea in princi-

Commercium Indorum, tratta dei Negri *nuncupatum, vehementer Pius II et Leo X damnarunt.*

Paulus III item legem tulit in favorem servorum maurorum.

Alia recentiora Pontificum acta.

1. *Veritas ipsa*, 2 Iun. 1559.

pum Europae foederatorum Vindobonensi conventu, communia consilia huc etiam advertit, ut ea Nigritarum distractio, quam diximus, multis iam desueta locis, funditus convelleretur. Etiam Gregorius XVI negligentes humanitatis et legum gravissime admonuit, idemque Apostolicae Sedis decreta statutasque poenas revocavit, et rationem nullam praetermisit ut externae quoque nationes, europaearum secutae mansuetudinem, a dedecore et feritate servitutis abstinerent, abhorrerent (1). Opportunissime vero Nobis accidit, ut suâ summos principes rerumque publicarum moderatores gratulatione prosequamur, quibus perseveranter instantibus, querimoniis diuturnis aequissimisque naturae et religionis iam satis est factum.

5 MAII 1888.

Hodie demum querela deponitur.

In re tamen persimili residet Nobis in animo alia quaedam cura quae non mediocriter angit, et Nostram urget sollicitudinem. Quippe tam turpis hominum mercatura ea quidem mari fieri desiit, terrâ vero nimis multum nimisque barbare exercetur; idque maxime in nonnullis Africae partibus. Hoc enim perverse a Mahometanis posito, hominem Aethiopem adsimilisve nationis vix aliquo numero supra esse belluam, videre licet et horrere perfidiam hominum atque immanitatem. Ex improviso in Aethiopum tribus tale nihil metuentes more irruunt impetuque praedonum; in pagos, in villas, in mapalia incursant, omnia vastant, populantur, diripiunt; viros perinde et feminas et pueros, facile captos vinctosque abducunt, ut per vim ad nundinas trahant flagitiosissimas. Ex Aegypto, ex Zanzibar, partim quoque ex Sudan, quasi e stationibus, illae detestabiles expeditiones deduci solent; per longa itinera pergere viri constricti catenis, tenuissimo victu, sub crebra verberum caede; ad haec ferenda imbecilliores necari; qui satis salvi, gregatim cum reliqua turba ire venum, atque emptori prostare moroso et impudenti. Cui vero quisque venditus et permissus sit, discidio miserabili qua uxorum, qua liberorum, qua parentum, illius in potestate ad servitutem adigitur maxime duram et fere nefandam, neque ipsa recusare potest sacra Mahometi.

Remanet tamen servorum horrenda mercatura in partibus Africæ.

Describitur ejusdem immanitas.

1. *In supremo Apostolatus fastigio*, 3 Dec. 1837.

Haec Nos, summa animi aegritudine, a quibusdam non ita ante accepimus, qui coram nec sine lacrimis eiusmodi infamiam et deformitatem spectaverunt: cum iis autem plane cohaerent quae a nuperis Africae aequinoctialis exploratoribus sunt narrata. Quin etiam istorum ex testimonio et fide compertum apparet, ad quater centena millia sic homines afros vendi solitos, pecorum instar, quotannis; quorum dimidiam circiter partem de viis asperrimis languidos concidere ibique interire; ut, sane ad dicendum quam triste, velut factam ex residuis ossibus semitam ea loca peragrantes dispiciant. — Quis non tantarum miseriarum cogitatione moveatur? Nos equidem qui personam gerimus Christi, amantissimi omnium gentium sospitatoris et Redemptoris, quique adeo laetamur de plurimis gloriosisque Ecclesiae promeritis in omne genus aerumnosos, vix possumus eloqui quanta miseratione erga illas afficimur infelicissimas gentes, quanta caritatis amplitudine ad eas pandimus brachia, quam vehementer cupimus omnia ipsis posse allevamenta et subsidia impertire, eo proposito ut, simul cum servitute hominum servitute superstitionis excussa, uni veroque Deo, sub Christi suavissimo iugo, possint tandem servire, divinae hereditatis nobiscum participes. Utinam omnes, quicumque imperio et potestate antecedunt, vel iura gentium et humanitatis sancta esse volunt, vel religionis catholicae incrementis ex animo student, ubique omnes, hortantibus rogantibus Nobis, ad eiusmodi mercaturam, qua nulla inhonesta magis et scelerata, comprimendam, prohibendam, extinguendam enixe conspirent. — Interea, dum acriore ingeniorum et operum cursu nova itinera ad africas terras, nova commercia instruuntur, contendant viri apostolici, ut, quoad melius fieri possit, sit saluti servorum libertatique consultum. Huc ipsi alio praesidio nullo reapse proficient, nisi, divinâ gratia roborati, toti sint in disseminanda fide nostra sanctissima eaque laboriosius in dies alenda; cuius est fructus insignis ut libertatem mire conciliet ac pariat *qua Christus nos liberavit* (1). Itaque, tamquam in speculum virtutis apostolicae, inspiciant monemus in vitam

De tanta calamitate gravissime dolens, Pontifex potentes omnes enixe invitat ut sua faciant ad eamdem tollendam.

Viros apostolicos ad zelum adhortatur, Petri Claver exemplo proposito.

1. Galat., IV, 31.

et facta *Petri Claver*, cui recentem gloriae lauream addidimus : in eum inspiciant, qui, summâ laborum constantia, annos continenter quadraginta, maurorum gregibus servorum miserrimis sese totum impendit, vere ipsorum Apostolus praedicandus quibus se perpetuum servum et profitebatur et dabat. Caritatem viri, patientiam si curae habeant sumere sibi et referre, ii profecto digni exsistent administri salutis, auctores consolationis, nuntii pacis, qui solitudinem, incultum, feritatem in ubertatem possint religionis cultusque laetissimam, Deo iuvante, convertere.

5 MAII 1888.

Iamque in vobis, Venerabiles Fratres, cogitatio et litterae Nostrae gestiunt conquiescere, ut vobis iterum significemus iterumque vobiscum sociemus singulare quod capimus gaudium, ob ea quae isto in Imperio publice inita sunt de servitute consilia. Siquidem per leges quum provisum cautumque sit, ut, quotquot sunt adhuc de conditione servili, in ordinem et iura liberorum debeant admitti, id Nobis ut bonum et faustum et salutare per se videtur, sic etiam spem firmat fovetque ad auctus rei civilis reique sacrae in futurum laetandos. Ita Brasilici nomen Imperii apud humanissimas quasque gentes erit merito in commemoratione et in laudibus, nomenque simul florebit Imperatoris augusti ; cuius ea fertur praeclara vox, nihil se habere optatius, quam ut omne in finibus suis servitutis vestigium celeriter deleatur. — At vero, dum ea ipsa legum iussa perficiuntur, incumbite alacres, omni ope rogamus, et operam providentissime date praesenti rei, quam difficultates impediunt profecto non leves. Omnino per vos efficiendum, ut domini et servi optimis inter se animis congruant optimaque fide, neu quidquam de clementia aut de iustitia decedant, sed, quaecumque transigenda sunt, omnia legitime, sedate, christiano modo transigant : quod enim exoptabant omnes, tolli et deleri servitutem, hoc prospere cedat optandum maxime est, nullo divini vel humani iuris incommodo, nulla civitatis perturbatione, atque adeo cum solida ipsorum, quorum agitur caussa, utilitate servorum. — Quibus singulatim, sive qui iam facti liberi sunt, sive qui fient propediem, monita nonnulla salutis, e sententiis delibata magni gentium Apo-

Ad res Brasiliæ redux, gaudet servitutem sublatam, Imperatorem laudat.

Episcopis invigilandum ut servorum conditio sedate mutetur.

stoli, pastorali cum studio animoque paterno commendamus. *Libertate donatis opportuna consilia præbenda: sint grati,* Ergo illi memoriam et voluntatem gratam pie ad eos servare diligenterque profiteri studeant, quorum concilio operaque in libertatem vindicati sunt. Tanto se munere numquam praebeant indignos, nec umquam libertatem cum *bene morati,* licentia cupiditatum permisceant; eâ vero utantur quo modo cives decet bene moratos, ad industriam vitae actuosae, ad commoda et ornamenta quum familiae tum civitatis. *auctoritati subditi,* Vereri et colere maiestatem principum, parere magistratibus, legibus obtemperare, haec officia et similia, non tam metu adducti quam religione, assidue exsequantur: etiam cohibeant arceantque alienae copiae et praestantiae invi- *modesti,* diam, quae dolendum quam multos ex tenuioribus quotidie torqueat et quam multa ministret nequitiae plena instrumenta adversus ordinum securitatem et pacem. Re sua et statu contenti, nihil carius cogitent, nihil appetant cupidius *Christo et Ecclesiæ addicti.* quam bona regni caelestis, quorum gratiâ in lucem editi sunt et a Christo redempti: de Deo eodemque Domino ac Liberatore suo cum pietate sentiant, eum totis viribus diligant, eius mandata omni cura custodiant. Sponsae eius, Ecclesiae sanctae, se filios esse gaudeant, esse optimos laborent, et quam possint amoris vicem sedulo reddant.

Ad hunc finem adlaborent Episcopi. Haec eadem documenta vos item, Venerabiles Fratres, ipsis suadere et persuadere libertis insistite; ut, quod summum est Nobis votum idemque vobis bonisque omnibus esse debet, partae libertatis fructus religio in primis, quacumque istud patet Imperium, amplissimos habeat, ad perpetuitatem persentiat.

Opitulante Deipara Immaculata, Id autem quo succedat felicius, cumulatissimam a Deo gratiam opemque maternam Immaculatae Virginis imploramus et exposcimus. Caelestium munerum auspicem *auspice apostolica benedictione.* paternaeque Nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque universo Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die V Maii MDCCCLXXXVIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

ad Mexicanos.

CI consola e ad un tempo Ci commuove profondamente il vedere in quest' oggi al Nostro cospetto una così eletta schiera di pellegrini Americani, qua convenuti a prendere parte alle Nostre feste giubilari, e che rappresentano tutti i ceti e tutte le classi della cattolica nazione del Messico. — La vostra presenza infatti, figli diletti, è per sè sola un attestato solenne della vostra fede ; chè solo un sentimento vivo e profondo di devozione sincera alla Sede Apostolica e d' incrollabile attaccamento al Vicario di GESÙ CRISTO poteva indurvi a valicare i mari, e ad affrontare i disagi e i pericoli di un così lungo viaggio. E questo sentimento di viva fede avete ora voluto apertamente affèrmare colle nobili ed affettuose parole del vostro indirizzo.

11 MAII 1888.

Gaudet Pontifex de frequenti concursu Mexicanorum, quorum devotionem laudat.

Ora, giunti alla meta, a voi piace di aggiungere che il trovarvi in Roma, in questa eterna città e presso la tomba degli Apostoli, è a voi cagione di santa letizia, di soave e ineffabile consolazione. E ben vi apponete, o miei figli ; chè qui è il centro della cattolica fede, qui la cattedra infallibile di verità ; e nell' unione intima e indissolubile a questa fede, nella docile obbedienza a questo magistero supremo è riposto il vero benessere di un popolo che si gloria del nome cattolico.

Iter Romam ipsis maxime profuturum affirmat.

E tale appunto è il popolo messicano. — Nel riandare gli annali della vostra storia si ritrovano pagine gloriose dedicate ai fasti della religione. Insigne fu la pietà degli avi vostri, e che essi a voi qual preziosa eredità tramandarono. Di questa pietà munifica, a non dire altro, fanno ampia fede le pie istituzioni da essi fondate, i monumenti sacri, i sontuosi tempi eretti nelle vostre città. Tra essi Ci è grato nominare il Santuario famoso di N. S. della Guadalupa, ove la Vergine augustissima, venerata con culto speciale dal popolo Messicano, sembra tenere in sua dolce tutela e amorosamente custodire la patria vostra all' ombra del suo patrocinio potente.

Avitam pietatem gentis Americanæ commendat.

Sectas deplorat hodiedum apud ipsos sævientes,

Ma pur troppo, o miei cari, neppure la patria vostra è andata immune dalle funeste conseguenze dei moderni sconvolgimenti ; e lacerata da interne discordie, da ree passioni, dovè anch' essa sperimentare deplorevoli conseguenze dal lato religioso e morale. Soprattutto le fu dannosa l' azione malefica delle sètte, che vi diffusero ampiamente l' incredulità e l' indifferentismo religioso. Malgrado ciò, la fede cattolica, la Dio mercè, non si spense mai nel popolo Messicano che, nella sua generalità, si mantenne fedele alla religione degli avi, fermo e costante nell' obbedienza dovuta alla Chiesa romana.

sed incassum.

Recolit quanta, temporum decursu, Romani Pontifices egerint pro fide in his partibus conservanda.

Da sua parte la Sede Apostolica non cessò mai di porre ogni studio e di vigilare attentamente a che tra voi si conservasse sempre la fede, pura e incorrotta. — Appena, abbattuti gl' idoli e dispersa la barbarie, i ministri della Chiesa cattolica poterono penetrare nelle vostre contrade, spargervi largamente il seme della dottrina evangelica, e impiantarvi con lieto successo il regno di GESÙ CRISTO. In seguito i romani Pontefici, nel corso dei secoli, non si ristettero mai dal favorire e promuovere in ogni maniera i vostri spirituali interessi. Per opera loro fu nel Messico provvidamente e su solide basi impiantata la gerarchia ecclesiastica, prosperarono rigogliose e fiorenti le religiose famiglie, tanto benemerite della società e della Chiesa. Per opera loro, e per lo zelo dei Vescovi, ebbero vita istituzioni cattoliche senza numero. — Quanto a Noi, nel Nostro Pontificato, abbiamo sempre riguardato il vostro paese con speciale benevolenza, sia col provvedere di degni e zelanti pastori le vostre Sedi, sia col dare impulso e incremento alle discipline teologiche e filosofiche, approvando e incoraggiando all' uopo l' erezione in Puebla de los Angeles di un' alta Accademia di studi sacri. — Ed oh piacesse a Dio che il Messico, ad esempio di altre nazioni, con relazioni e vincoli sempre più stretti e cordiali si avvicinasse a Noi e a questa Sede Apostolica ! Quanto di meglio non saremmo Noi pronti a fare a suo pro ! Quanto non Ci adopereremmo per richiamare il popolo Messicano all' antico fervore, e per ridestare in lui quell' operosa attività di vita cattolica che,

Res a se gestas recordans, vota facit pro unione inter Sedem Romanam et eorum patriam,

mentre procaccerebbe in sommo grado il bene delle famiglie, influirebbe pur anche alla vera prosperità dello Stato! *5 MAII 1888.*

Sono questi, o dilettissimi, i Nostri voti. — Altro ora a Noi non resta che accogliere benignamente e con grato animo le felicitazioni ed i doni che Ci avete offerti, ed in ricambio implorarvi dal Signore la pienezza dei celesti favori. Dei quali vogliamo siavi pegno l' Apostolica benedizione che, con effusione di cuore, impartiamo ai vostri Pastori, a voi qui presenti, alle vostre famiglie, alla razza indigena, da voi ricordata, e a tutto il popolo Messicano. *cui benedicit.*

ALLOCUTIO

ad fideles Afros et Lugdunenses.

24 MAII 1888.

Inter immensum undique concursum præcipuas partes egisse Gallos Pontifex testatur.

PAR une disposition merveilleuse de la Providence, Notre Jubilé sacerdotal vient d'être chez tous les peuples catholiques l'occasion de manifestations éclatantes et extraordinaires de foi et d'attachement au Vicaire de JÉSUS-CHRIST. — Non contents de Nous témoigner leurs sentiments par des lettres d'une piété touchante et par des dons très précieux, ils ont voulu se faire représenter auprès de Nous et Nous offrir personnellement leurs filials hommages et leurs félicitations. Nous avons vu accourir ainsi successivement à Rome des pèlerinages et des députations non seulement de tous les pays d'Europe, mais jusque des régions les plus reculées du globe. La France, comme il convenait à son noble caractère et à son titre privilégié, avait donné le premier élan à ce mouvement religieux par son pèlerinage des ouvriers, et par plusieurs autres depuis. — Il vous était réservé, Monsieur le Cardinal, d'en continuer la pieuse série aux solennels jours de la Pentecôte, en amenant ici ce pèlerinage Africain-Lyonnais.

Gaudet de præsentia Afrorum.

Ainsi que vous l'avez observé, c'est la première fois qu'un Pape voit devant Lui, à Rome, les descendants des anciens chrétiens d'Afrique, de cette terre autrefois si féconde en Saints, et depuis des siècles si triste et si désolée. — Vous l'avez dit, Monsieur le Cardinal, dès le début de Notre Pontificat, Nos yeux se sont portés vers cette terre déshéritée, Notre cœur s'est ému au spectacle des innombrables misères physiques et morales dont elle est le théâtre. Nous avons cherché, dans la mesure de Nos forces, à y porter un remède convenable et salutaire. Par la reconstitution de l'antique siège de Carthage, Nous avons voulu faire revivre le souvenir des Cyprien, des Augustin, et de leurs chrétientés jadis si florissantes ; et par ce fait préparer la reconstitution de l'ancienne Église africaine. — A cette fin, étendant notre regard à tous les autres points de ce continent mystérieux, où tant de millions d'âmes n'ont jamais

Quæ egit pro salute Africæ recolit : Carthaginiensem sedem restituendo,

entendu la parole de l'Évangile, Nous leur avons envoyé des Missionnaires et des Apôtres courageux et zélés. — Ce qui par dessus tout n'a cessé de remplir Notre âme de tristesse et de commisération, c'est la pensée de ce grand nombre de créatures humaines, réduites par la force et la cupidité à un esclavage honteux et dégradant. — Dans ces jours-mêmes Nous avons publié la Lettre Encyclique, dont vous venez de parler tout à l'heure, Monsieur le Cardinal, adressée aux Évêques du Brésil. Après les avoir félicités de l'heureux événement qui vient de se produire en leur pays ; après avoir exposé la doctrine de l'Église catholique et rappelé la constante sollicitude des Pontifes romains à ce sujet, suivant l'exemple de Nos Prédécesseurs, Nous avons invité et vivement engagé tous ceux qui ont le pouvoir entre les mains, de mettre un terme au hideux trafic appelé — la traite des Nègres — et à employer tous les moyens pour que cette plaie ne continue pas davantage à déshonorer le genre humain. Et puisque le continent Africain est le théâtre principal de ce trafic, et comme la terre propre de l'esclavage, dans cette même lettre Nous recommandons à tous les Missionnaires qui y prêchent le saint Évangile, de consacrer toutes leurs forces, leur vie même, à cette œuvre sublime de rédemption, à l'exemple du glorieux Pierre Claver, que Nous avons récemment canonisé. — A ces missionnaires Nous recommandons aussi de racheter autant d'esclaves qu'il leur sera possible, ou du moins de leur procurer tous les soulagements de la plus tendre charité de pères et d'apôtres. — Mais c'est sur vous surtout, Monsieur le Cardinal, que Nous comptons pour le succès des difficiles œuvres et missions d'Afrique. Nous connaissons votre zèle actif et intelligent ; Nous savons tout ce que vous avez fait jusqu'à ces jours, et Nous avons la confiance que vous ne vous lasserez pas, avant d'avoir mené à bonne fin vos grandes entreprises.

24 MAII 1888.

operarios in messem mittendo,

commercium servorum haud semel damnando.

Hortatur missionnarios ut totis viribus huic commercio tollendo sese devoveant.

Zelum Emmi purpurati commendat.

Pour vous, pieux catholiques de Lyon, vous aviez un droit spécial de vous joindre à ce pèlerinage, car c'est votre antique et illustre cité, qui est le berceau de la belle œuvre de la Propagation de la Foi. Depuis qu'elle y a pris nais-

Laudat Lugdunenses, institutumque apud ipsos ortum, pro-

24 MAII 1888.

pagandæ fidei.

sance, elle n'a cessé d'y grandir et d'y susciter toujours de nouveaux dévouements. Si aujourd'hui les circonstances paraissent moins favorables, Lyon et la France ne permettront pas que cette grande institution vienne jamais à décroître ou à perdre quelque chose de sa splendeur et de sa providentielle fécondité.

Ad Afros redux ipsis gratulatur de recepta et jam tortoribus confirmata fide.

Avant de terminer, Nous voulons encore une fois tourner Nos regards vers vous, chers enfants d'Afrique. — Nous voulons vous dire combien Nous vous félicitons de la grande grâce que le Dieu très miséricordieux vous a faite en vous arrachant aux ténèbres du paganisme, et même quelques-uns d'entre vous, aux fers de l'esclavage, pour vous établir dans la lumière et dans la sainte liberté de la foi chrétienne. Persévérez dans vos pieux sentiments ; soyez constamment fidèles aux promesses de votre baptême, et à votre tour devenez les apôtres et les messagers de la bonne nouvelle auprès de vos innombrables frères moins fortunés que vous.

Cunctis benedicit.

Et maintenant il ne Nous reste qu'à vous accorder, comme gage de Notre paternelle affection, la bénédiction Apostolique ; d'abord à Vous, Monsieur le Cardinal, et ensuite aux évêques, aux directeurs du pèlerinage, à tous ici présents, à vos familles, à vos œuvres, et à toutes les missions du continent Africain.

ALLOCUTIO

ad S. R. E. Cardinales

DE NOVO CODICE DELICTORUM ET POENARUM.

I JUNII 1888.

MIRANDUM sane fidei pietatisque publicae exemplum toto hoc anno, sacerdotii Nostri quinquagesimo, singulari munere providentissimoque Dei consilio, ubique gentium intueri licuit. Stipati sumus peregre convenientium quotidiana frequentia : obsequia accepimus ab omnibus civitatum ordinibus, eaque variis, nec opinatis testata modis. Ad plura hominum millia ex omni Europa, non paucos ex remotioribus Americae partibus, novissimeque ex Africa his in tectis venerabundos complexi sumus.

Inter innumeras gentes Pontifici gratulantes

In hoc pietatis pulcherrimo honestissimoque certamine, perspicere potuistis, Venerabiles Fratres, qualem sibi locum Italicae gentes vindicarint : quae scilicet suum illum veterem ac perennem in Apostolicam Sedem animum luculenta et multiplici significatione confirmarunt. — Consentaneum videbatur, idque prudentia atque humanitas ipsa postulabant, gratulantium vocibus nihil admisceri dissonum. Non defuere tamen domi qui dissentirent ; quin immo his ipsis honoribus Pontifici romano magnificentius habitis recruduisse eorum videtur offensio, qui Ecclesiam implacabilius oderunt : quorum infensus atque inimicus animus, toto hoc intervallo, insolentius quam alias, mixtis ad probra minis, erupit. Iidem vero, quoniam plurimum possunt, nunc quidem prae se consilia sua confidentius ferunt : multiplicatisque passim impedimentis, maioribus in dies adstringere vinculis Ecclesiam moliuntur. Cuiusmodi propositi, si cetera deessent, Codex delictorum et poenarum, de quo in coetu legumlatorum sententiae dicuntur, novum praebet ac lamentabile testimonium : in iis intelligimus legum capitibus, quae recta Clerum catholicum, oblique vero Sedis Aposto-

emicuit jure Italia catholica.

Italia vero inimica pro plausu minas adhibet, novo codice delictorum et pœnarum proposito.

licae iura attingunt. Cumque res agatur permagni momenti, de ea ipsa vobiscum, Venerabiles Fratres, animum Nostrum breviter communicare decrevimus.

Harum pessimarum legum summa texitur.

Harum legum haec summa est : quaedam delicta finguntur, quibus patria dicitur violari, eaque poenis sanciuntur valde gravibus, nec tamen qualia illa sint explicando definitur. Similiter per speciem prohibendorum discriminum, quae maxime a potentia cleri imminere dicuntur, severissime in sacerdotes animadvertitur, si quid contra leges, contra instituta civilia, vel publicae potestatis acta, vel etiam contra tranquillitatem domesticam, remve cuiusquam familiarem fecisse vel suasisse convincantur. — Istiusmodi leges, Venerabiles Fratres, non est dubium quo reapse pertineant, praesertim si coniuncte accipiantur cum ceteris in genere non dissimili, maxime vero cum satis aliunde sint auctorum consilia cognita. Primum scilicet vindicandorum romani Pontificatus iurium volunt poenarum metu eripere facultatem. Verum vix attinet dicere quam id sit iniquum, iura sanctissima, cum legitima Ecclesiae libertate apta et connexa, aliis pro arbitrio oppugnare, aliis ne defendere quidem impunite licere. Quoniam vero ea incolumia esse iura, catholicorum omnium magnopere interest, dubitandum non est, extituros toto orbe qui patrocinium Sedis Apostolicae libere suscipiant, solis ex Italia catholicis, qui maxime omnium deberent, lege prohibitis. — Sed quod magis refert, prout saepe diximus, ea Romanorum Pontificum conditio, quae ipsorum est tuendae libertati necessaria, nihil obest rebus italicis, immo plurimum verissimeque prodest, ita ut quicumque eam vindicant libertatem, non hostes patriae, sed optimi sint fidelissimique cives habendi.

Intendunt imprimis jurium Sedis Apostolicæ vindicationem impedire, in ipsa Italia, cui maxime eadem prosunt;

dein Ecclesiam vinculare, eam ab officio divinitus imposito prohibendo.

Deinde istae ipsae leges simulacro tutandae reipublicae reipsa servitutem Ecclesiae tegunt. Cum enim munus officiumque Ecclesiae sanctissimum sit, omnia constanter praecipere, omniaque, vel invitis hominibus, tueri, quaecumque sibi ad praecipiendum tuendumque IESUS CHRISTUS iniunxit, propterea in legibus institutisque civitatum si quid a christianis fidei morumque praeceptis dissideat, probare clerus vel silentio dissimulare non potest, proposito sibi

Apostolorum exemplo, qui de IESU CHRISTO eiusque doctrina silere a magistratibus iussi, impavido pectore respondebant : « *si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate* [1] ». Qualis erat christiani nominis fortuna futura, si quibuslibet populorum institutis, si magistratuum iussis nullo discrimine, vera iniquane forent, Ecclesia paruisset? Mansisset sancita legibus superstitio vetus, nec ullo modo humanum genus ad Evangelii lumen emersisset.

I JUNII 1888.

Sed illud in primis iniuriosum, defensionis caussâ, apparari arma contra Ecclesiam oportere. Itane vero? Omnis est iustitiae magistra et custos Ecclesia, iniurias pati nata, non facere. — Valde etiam a veritate est iustitiaque alienum, universum clericorum ordinem in suspiciones tam graves sine iusta caussa vocari. Neque enim ulla ratione apparet quid caussae sit, cur nova in eos decreta sciscantur. Quo tempore clerus italicus, quove loco, male de salute vel tranquillitate publica meruit? — Sed si altius rei momenta repetantur, apparet, quantopere ista legum capita sanctissimis Ecclesiae institutis repugnent. Ecclesia enim, Dei voluntate, perfecta societas est, et quemadmodum leges suas, ita suos habet magistratus, potestatis gradu rite distinctos, quorum est princeps omnium Pontifex romanus, universae Ecclesiae divino iure praepositus, idemque Dei solius potestati iudicioque subiectus. In hoc igitur quod in Ecclesiae instituta invadunt, inferunt potius, quam propulsant iniurias. Idque faciunt lege singulari, meditata severitate, nec definitis certisque sententiis, sed vagis latissimeque patentibus, nihil ut non audere interpretandi libido queat. Mirum igitur non est, si indignitas rei tot iam improbantium vel expostulantium voces expressit.

Falsa defensionis specie, ultro Ecclesiam lacessunt,

quum sit pacis cultrix, societasque perfecta.

Codex iste, vagis sententiis perfide conflatus,

Novimus latas etiam alibi contra clerum leges. Verum non fiunt exemplis haec, de quibus loquimur, probabiliora : et quod maius est, huius generis legibus Ecclesia quidem nuspiam nulloque modo acquievit, sed, quantum potuit, perpetuo restitit. Neque est praetereundum, latas eas esse,

nullis externis exemplis probabilis ostendi potest.

1. Act., IV, 19.

I JUNII 1888.

cum studia partium contra catholicum nomen vehementius exarsissent, et unâ simul aequitas mentibus, tranquillitas rebus abesset. Pacatis animis, meliora consilia non uno loco ineuntur, legumque illarum odiosam vim cernimus partim desuetudine hebescere, partim contrariis legibus deleri.

Jure hinc queritur Pontifex,

His de caussis Nostrum est Apostolicam vocem tollere, aperteque, uti facimus, testari, leges, de quibus agitur, iuri potestatique Ecclesiae esse contrarias, libertati sacrorum munerum obesse, de Episcoporum, de cleri universi, in primisque de Sedis Apostolicae dignitate plurimum detrahere, ita quidem ut eas constituere, probare, sancire minime liceat.

non quasi procellam metuens,

Atque haec non ob eam caussam conquerimur, quod acrioris belli advenientes impetus metuamus. Alias vidit Ecclesia procellas, de quibus tamen omnibus non modo victrix, sed pulchrior et fortior evasit. Divina virtus tutam ab hominibus facit. — Novimus Episcopos ; non ignoramus ceterum Italiae clerum : si in eos casus inciderint, ut alterutrum necesse sit, displicere hominibus, aut in officiis sanctissimis delinquere, non dubitamus quid acturi sint. Sed illud Nos vehementer excruciat, Ecclesiam et Pontificatum pervicacius in Italia oppugnari, cum tamen itali homines numero longe maximo Pontificatum et Ecclesiam religiosissime observent et colant constantia mirabili, et ab Ecclesia et a Pontificatu infinita vis beneficiorum in italicum nomen semper influxerit. Illud nos pariter angit, cunctis opibus viribusque secundum vota *sectarum* elaborari ut ab Ecclesiae complexu hic abstrahatur populus, in materno ipsius sinu altus atque educatus : nec minus dolemus, quod consilio fiat asperius, longiusque ducatur istud cum Ecclesia dissidium, quod Nos, et Ecclesiae ipsius caussâ et caritate patriae, maxime velimus, ut saepe diximus, quo modo iustitia, Sedisque Apostolicae iura postulant, omnino sublatum. Velle, imperia perpetuo cum Ecclesia confligere, stultum consilium est, perniciosissimum rebus publicis : nulli tamen quam Italorum generi perniciosius.— Quamobrem, quoniam plura non possumus, etiam atque etiam Deum obsecramus, huc propitius respiciat, meliorum temporum auctor : nomi-

sed propter injuriam Italiæ fideli illatam,

propter sectarum dominatum,

propter dilatam Italiæ peroptabilem pacem.

natimque Italiae populis largiatur, ut fidem catholicam integram, cum amore Sedis Apostolicae coniunctam, perpetuo custodiant, atque horum bonorum caussâ quidvis pati et perpeti ne recusent.

Dei opem Ecclesiæ Italiæque implorat.

LITTERAE ENCYCLICAE

de libertate humana.

20 JUNII 1888.

PROLOGUS. *Libertate homo dominus est suorum actuum.*

LIBERTAS, praestantissimum naturae bonum, idemque intelligentia aut ratione utentium naturarum unice proprium, hanc tribuit homini dignitatem ut sit *in manu consilii sui*, obtineatque actionum suarum potestatem. — Verumtamen eiusmodi dignitas plurimum interest qua ratione geratur, quia sicut summa bona, ita et summa mala ex libertatis usu gignuntur. Sane integrum est homini parere rationi, morale bonum sequi, ad summum finem suum recta contendere. Sed idem potest ad omnia alia deflectere, fallacesque bonorum imagines persecutus, ordinem debitum perturbare, et in interitum ruere voluntarium. — Liberator humani generis IESUS CHRISTUS, restituta atque aucta naturae dignitate pristina, plurimum ipsam iuvit hominis voluntatem; eamque hinc adiunctis gratiae suae praesidiis, illinc sempiterna in coelis felicitate proposita, ad meliora erexit. Similique ratione de hoc tam excellenti naturae bono et merita est et constanter merebitur Ecclesia catholica, propterea quod eius est, parta nobis per IESUM CHRISTUM beneficia in omnem saeculorum aetatem propagare. — Nihilominus complures numerantur, qui obesse Ecclesiam humanae libertati putent. Cuius rei caussa in perverso quodam praeposteroque residet de ipsa libertate iudicio. Hanc enim vel in ipsa sui intelligentia adulterant, vel plus aequo opinione dilatant, ita ut pertinere ad res sane multas contendant, in quibus, si recte diiudicari velit, liber esse homo non potest.

Magni momenti est ea recte uti.

Quid religioni Christianae debeat.

Unde oriantur criminationes adversus Ecclesiam in caussa libertatis.

Alias Nos, nominatimque in litteris Encyclicis *Immortale Dei*, de *modernis*, uti loquuntur, *libertatibus* verba fecimus, id quod honestum est secernentes ab eo quod contra: simul demonstravimus, quidquid iis libertatibus continetur boni id tam esse vetus, quam est veritas: illudque semper Ecclesiam libentissime probare et re usuque recipere solitam. Id quod accessit novi, si verum quaeritur, in parte quadam inquinatiore consistit, quam turbulenta tempora ac rerum

Libertates modernae.

novarum libido nimia peperere. — Sed quoniam sunt plures in hac opinione pertinaces, ut eas libertates, in eo etiam quod continent vitii, summum aetatis nostrae decus et constituendarum civitatum fundamentum necessarium putent, ita ut, sublatis iis, perfectam gubernationem reipublicae cogitari posse negent, idcirco videtur, publica Nobismetipsis utilitate proposita, eiusmodi argumentum pertractari separatim oportere.

Hujus argumenti separatim tractandi opportunitas.

PARS PRIMA.

LIBERTAS CHRISTIANA

1º Libertas naturalis.

Libertatem *moralem* recta persequimur, sive in personis ea singulis, sive in civitate spectetur. — Principio tamen iuvat aliquid de libertate *naturali* breviter dicere, quia quamquam a morali omnino distinguitur, fons tamen atque principium est, unde genus omne libertatis sua vi suaque sponte nascitur. Hanc quidem omnium iudicium sensusque communis, quae certissima naturae vox est, in iis solum agnoscit, qui sint intelligentiae vel rationis compotes, in eaque ipsa caussam inesse apparet, cur auctor eorum, quae ab eo aguntur, verissime habeatur homo. Et recte quidem: nam quando ceteri animantes solis ducuntur sensibus, soloque naturae impulsu acquirunt quae sibi prosint, fugiuntque contraria, homo quidem in singulis vitae factis rationem habet ducem. Ratio autem, quaecumque habentur in terris bona, omnia et singula posse iudicat esse, et aeque posse non esse : et hoc ipso nullum eorum decernens esse necessario sumendum, potestatem optionemque voluntati facit ut eligat, quod lubeat. — Sed *de contingentia*, ut appellant, eorum bonorum, quae diximus, ob hanc caussam iudicare homo potest, quod animum habet natura simplicem, spiritualem cogitationisque participem : qui idcirco quod est eiusmodi, non a rebus corporeis ducit originem, neque pendet ex eis in conservatione sui ; sed, nulla re intercedente, ingeneratus a Deo, communemque corporum conditionem longo intervallo transgrediens, suum et proprium habet vivendi genus, suum agendi : quo fit ut, immutabilibus ac necessariis veri bonique rationibus iudicio comprehensis, bona illa singularia nequaquam esse necessaria videat. Itaque cum animos hominum segregatos esse statuitur ab omni concretione mortali eosdemque facultate

Ideo homo arbitrii libertate præditus, quia de bonorum contingentia judicare valet ;

ideo autem de bonorum contingentia judicare potest, quia animum habet natura simplicem, spiritualem, cogitationis participem.

cogitandi pollere, simul naturalis libertas in fundamento suo firmissime constituitur.

Arbitrii libertatem Ecclesia constanter propugnavit adversus Manichæos, Reformatores, Jansenianos.

Iamvero sicut animi humani naturam simplicem, spiritualem atque immortalem, sic et libertatem nemo nec altius praedicat, nec constantius asserit Ecclesia catholica, quae scilicet utrumque omni tempore docuit, sicque tuetur ut dogma. Neque id solum : sed contra dicentibus haereticis novarumque opinionum fautoribus, patrocinium libertatis Ecclesia suscepit, hominisque tam grande bonum ab interitu vindicavit. In quo genere, litterarum monumenta testantur, insanos Manichaeorum aliorumque conatus quanta contentione repulerit ; recentiori autem aetate nemo est nescius quanto studio quantaque vi tum in Concilio Tridentino, tum postea adversus Iansenii sectatores, pro libero hominis arbitrio dimicaverit, nullo tempore nulloque loco *fatalismum* passa consistere.

Libertas arbitrii seu facultas eligendi

Libertas itaque, ut diximus, eorum est, qui rationis aut intelligentiae sunt participes, propria : eademque, si natura eius consideretur, nihil est aliud nisi facultas eligendi res ad id, quod propositum est, idoneas, quatenus qui facultatem habet unum aliquod eligendi e pluribus, is est factorum suorum dominus. — Iamvero quia omne, quod rei cuiuspiam adipiscendae caussa assumitur, rationem habet boni, quod utile dicitur : bonum autem hoc habet natura, ut proprie appetitionem moveat, idcirco liberum arbitrium est voluntatis proprium, seu potius ipsa voluntas est, quatenus in agendo habet delectus facultatem. Sed nequaquam voluntas movetur, nisi mentis cognitio velut fax quædam praeluxerit : videlicet bonum voluntati concupitum, est necessario bonum quatenus rationi cognitum. Eo vel magis quod in omnibus voluntatibus delectum semper iudicatio praeit de veritate bonorum, et quodnam sit anteponendum ceteris. Atqui iudicare, rationis esse, non voluntatis, nemo sapiens dubitat. Libertas igitur si in voluntate inest, quae natura sua appetitus est rationi obediens, consequitur ut et ipsa, sicut voluntas, in bono versetur rationi consentaneo. — Nihilominus quoniam utraque facultas a perfecto abest, fieri potest ac saepe fit, ut mens

est in voluntate

quatenus a ratione dirigitur.

voluntati proponat quod nequaquam sit reapse bonum, sed habeat adumbratam speciem boni, atque in id sese voluntas applicet. Verum sicut errare posse reque ipsa errare vitium est, quod mentem non omni parte perfectam arguit, eodem modo arripere fallax fictumque bonum, esto indicium liberi arbitrii, sicut aegritudo vitae, est tamen vitium quoddam libertatis. Ita pariter voluntas, hoc ipso quod a ratione pendet, quando quidquam appetat quod a recta ratione dissideat, vitio quodam funditus inquinat libertatem, eâdemque perverse utitur. Ob eamque caussam Deus infinite perfectus, qui cum sit summe intelligens et per essentiam bonitas, est etiam summe liber, malum culpae velle nulla ratione potest; nec possunt, propter contemplationem summi boni, beati coelites. Scite Augustinus aliique adversus Pelagianos hoc animadvertebant, si posse deficere a bono secundum naturam esset perfectionemque libertatis, iam Deus, IESUS CHRISTUS, angeli, beati, in quibus omnibus ea potestas non est, aut non essent liberi, aut certe minus perfecte essent, quam homo viator atque imperfectus. De qua re Doctor Angelicus multa saepe disputat, ex quibus effici cogique potest, facultatem peccandi non libertatem esse, sed servitutem. Subtilissime illud in verba Christi Domini (1), « Qui facit peccatum, servus est peccati : » *Unumquodque est illud, quod convenit ei secundum naturam. Quando ergo movetur ab aliquo extraneo, non operatur secundum se, sed ab impressione alterius, quod est servile. Homo autem secundum suam naturam est rationalis. Quando ergo movetur secundum rationem, proprio motu movetur et secundum se operatur : quod est libertatis ; quando vero peccat, operatur praeter rationem, et tunc movetur quasi ab alio, retentus terminis alienis: et ideo* « qui facit peccatum, servus est peccati». — Quod satis perspicue ipsa viderat philosophia veterum, atque ii praecipue quorum est doctrina, nisi sapientem, liberum esse neminem : sapientem vero, uti exploratum est, nominabant, qui constanter secundum naturam, hoc est honeste et cum virtute vivere didicisset.

20 JUNII 1888.

Facultas eligendi malum non est de essentia libertatis, sed provenit ex imperfectione rationis

et voluntatis ;

idcirco non reperitur in Deo neque in Beatis,

et servitus potius quam libertas dici debet.

1. Ioan., VIII, 34.

2° Libertas moralis.

Libertas naturalis non excludit legem, sed potius eam in auxilium postulat.

Quoniam igitur talis est in homine conditio libertatis, aptis erat adiumentis praesidiisque munienda, quae cunctos eius motus ad bonum dirigerent, a malo retraherent : secus multum homini libertas nocuisset arbitrii. — Ac primo quidem *lex*, hoc est agendorum atque omittendorum norma, fuit necessaria ; quae quidem proprie nulla esse in animantibus potest, qui necessitate agunt, propterea quod quidquid agant, naturae agunt impulsu, nec alium ullum sequi ex se possunt in agendo modum. Verum eorum, qui libertate fruuntur, ideo in potestate est agere, non agere, ita vel secus agere, quia tum, quod volunt, eligunt, cum antecessit illud quod diximus rationis iudicium. Quo quidem iudicio non modo statuitur quid honestum naturâ sit, quid turpe, sed etiam quid bonum sit reque ipsa faciendum, quid malum reque ipsa vitandum : ratio nimirum voluntati praescribit quid petere, et a quo debeat declinare, ut homo tenere summum finem suum aliquando possit, cuius caussa sunt omnia facienda. Iamvero haec *ordinatio rationis* lex nominatur. — Quamobrem cur homini lex necessaria sit, in ipso eius libero arbitrio, scilicet in hoc, nostrae ut voluntates a recta ratione ne discrepent, prima est caussa, tanquam in radice, quaerenda. Nihilque tam perversum praeposterumque dici cogitarive posset quam illud, hominem, quia natura liber est, idcirco esse oportere legis expertem : quod si ita esset, hoc profecto consequeretur, necesse ad libertatem esse non cohaerere cum ratione : cum contra longe verissimum sit, idcirco legi oportere subesse, quia est naturâ liber. Isto modo dux homini in agendo lex est, eumdemque praemiis poenisque propositis ad recte faciendum allicit, a peccando deterret. — Talis est princeps omnium *lex naturalis*, quae scripta est et insculpta in hominum animis singulorum, quia ipsa est humana ratio recte facere iubens et peccare vetans.

Princeps omnium lex naturalis,

Ista vero humanae rationis praescriptio vim habere legis non potest, nisi quia altioris est vox atque interpres rationis, cui mentem libertatemque nostram subiectam esse oporteat. Vis enim legis cum ea sit, officia imponere et iura tribuere, tota in auctoritate nititur, hoc est in vera potestate statuendi officia describendique iura, item poenis praemiisque imperata san-

ciendi : quae quidem omnia in homine liquet esse non posse, si normam actionibus ipse suis summus sibi legislator daret. Ergo consequitur, ut naturae lex sit ipsa *lex aeterna*, insita in iis qui ratione utuntur, eosque inclinans *ad debitum actum et finem*, eaque est ipsa aeterna ratio creatoris universumque mundum gubernantis Dei. — Ad hanc agendi regulam peccandique frenos singularia quaedam praesidia, Dei beneficio, adiuncta sunt, ad confirmandam hominis regendamque voluntatem aptissima. In quibus princeps est atque excellit divinae virtus *gratiae ;* quae cum mentem illustret, voluntatemque salutari constantia roboratam ad morale bonum semper impellat, expeditiorem efficit simulque tutiorem nativae libertatis usum. Ac longe est a veritate alienum, interveniente Deo, minus esse liberos motus voluntarios : nam intima in homine et cum naturali propensione congruens est divinae vis gratiae, quia ab ipso et animi et voluntatis nostrae auctore manat, a quo res omnes convenienter naturae suae moventur. Immo gratia divina, ut monet angelicus Doctor, ob hanc caussam quod a naturae opifice proficiscitur, mire nata atque apta est ad tuendas quasque naturas, conservandosque mores, vim, efficientiam singularum.

20 JUNII 1888.

quæ est ipsa lex æterna insita in iis qui ratione utuntur eosque inclinans ad debitum actum et finem :

ad ejus observationem juvat gratia, quæ arbitrii libertatem minime lædit.

Quae vero de libertate singulorum dicta sunt, ea ad homines civili inter se societate coniunctos facile transferuntur. Nam quod ratio lexque naturalis in hominibus singulis, idem efficit in consociatis *lex humana* ad bonum commune civium promulgata. — Ex hominum legibus aliae in eo versantur quod est bonum malumve natura, atque alterum sequi praecipiunt, alterum fugere, adiuncta sanctione debita. Sed istiusmodi decreta nequaquam ducunt ab hominum societate principium, quia societas sicut humanam naturam non ipsa genuit, ita pariter nec bonum procreat naturae conveniens, nec malum naturae dissentaneum : sed potius ipsi hominum societati antecedunt, omninoque sunt a lege naturali ac propterea a lege aeterna repetenda. Iuris igitur naturalis praecepta, hominum comprehensa legibus, non vim solum habent legis humanae, sed praecipue illud multo altius multoque augustius complectuntur imperium, quod ab

Legem naturalem lex humana sancit.

ipsa lege naturae et a lege aeterna proficiscitur. Et in isto genere legum hoc fere civilis legumlatoris munus est, obedientes facere cives, communi disciplina adhibita, pravos et in vitia promptos coercendo, ut a malo deterriti, id quod rectum est consectentur, aut saltem offensioni noxaeque ne sint civitati. — Alia vero civilis potestatis praescripta non ex naturali iure statim et proxime, sed longius et oblique consequuntur, resque varias definiunt, de quibus non est nisi generatim atque universe natura cautum. Sic suam conferre operam cives ad tranquillitatem prosperitatemque publicam natura iubet : quantum operae, quo pacto, quibus in rebus, non natura sed hominum sapientia constituitur, Iamvero peculiaribus hisce vivendi regulis prudenti ratione inventis, legitimaque potestate propositis, lex humana proprii nominis continetur. Quae quidem lex ad finem communitati propositum cives universos conspirare iubet, deflectere prohibet : eademque quatenus pedisequa et consentiens est praescriptionibus naturae, ducit ad ea quae honesta sunt, a contrariis deterret. Ex quo intelligitur, omnino in aeterna Dei lege normam et regulam positam esse libertatis, nec singulorum dumtaxat hominum, sed etiam communitatis et coniunctionis humanae. — Igitur in hominum societate libertas veri nominis non est in eo posita ut agas quod lubet, ex quo vel maxima existeret turba et confusio in oppressionem civitatis evasura, sed in hoc, ut per leges civiles expeditius possis secundum legis aeternae praescripta vivere. Eorum vero qui praesunt non in eo sita libertas est, ut imperare temere et ad libidinem queant, quod pariter flagitiosum esset et cum summa etiam reipublicae pernicie coniunctum, sed humanarum vis legum haec debet esse, ut ab aeterna lege manare intelligantur, nec quidquam sancire quod non in ea, veluti in principio universi iuris, contineatur. Sapientissime Augustinus [1] : « *Simul etiam te videre arbitror, in illa temporali (lege) nihil esse iustum atque legitimum quod non ex hac aeterna (lege) sibi homines derivarint.* » Si quid igitur ab aliqua potestate sanciatur,

vel applicat et determinat :

hinc lex æterna veræ libertatis norma,

tum in subditis, tum in imperantibus,

tum in singulis personis, tum in consociatis.

1. *De lib. Arb.*, lib. I, cap. 6, n. 15.

quod a principiis rectae rationis dissideat, sitque reipublicae perniciosum, vim legis nullam haberet, quia nec regula iustitiae esset, et homines a bono cui nata societas est, abduceret. *20 JUNII 1888.*

Natura igitur libertatis humanae, quocumque in genere consideretur, tam in personis singulis quam in consociatis, nec minus in iis qui imperant quam in iis qui parent, necessitatem complectitur obtemperandi summae cuidam aeternaeque rationi, quae nihil est aliud nisi auctoritas iubentis, vetantis Dei. Atque hoc iustissimum in homines imperium Dei tantum abest ut libertatem tollat aut ullo modo diminuat, ut potius tueatur, ac perficiat. Suum quippe finem consectari et assequi, omnium naturarum est vera perfectio: supremus autem finis, quo libertas aspirare debet humana, Deus est.

Religio christiana et Ecclesia catholica veram libertatem constanter promoverunt tum in individuis hominibus, tum in populis,

Haec verissimae altissimaeque praecepta doctrinae, vel solo nobis lumine rationis cognita, Ecclesia quidem exemplis doctrinaque divini Auctoris sui erudita passim propagavit, asseruit: quibus ipsis et munus suum metiri, et christianas informare gentes nunquam destitit. In genere morum leges evangelicae non solum omni ethnicorum sapientiae longissime praestant, sed plane vocant hominem atque instituunt ad inauditam veteribus, sanctitatem, effectumque propiorem Deo simul efficiunt perfectioris compotem libertatis. — Ita semper permagna vis Ecclesiae apparuit in custodienda tuendaque civili et politica libertate populorum. Eius in hoc genere enumerare merita nihil attinet. Satis est commemorare, servitutem, vetus illud ethnicarum gentium dedecus, opera maxime beneficioque Ecclesiae deletam. Aequabilitatem iuris, veramque inter homines germanitatem primus omnium IESUS CHRISTUS asseruit: cui Apostolorum suorum resonuit vox, non esse Iudaeum, neque Graecum, neque barbarum, neque Scytham, sed omnes in Christo fratres. Tanta est in hac parte tamque cognita Ecclesiae virtus, ut quibuscumque in oris vestigium ponat, exploratum sit, agrestes mores permanere diu non posse: sed immanitati mansuetudinem, barbariae tenebris lumen veritatis brevi successurum. Item populos civili urba-

a) deleta servitute,

b) civilitate late propagata

et conservata,

nitate excultos magnis afficere beneficiis nullo tempore Ecclesia desiit, vel resistendo iniquorum arbitrio, vel propulsandis a capite innocentium et tenuiorum iniuriis, vel demum opera danda ut rerum publicarum ea constitutio valeret, quam cives propter aequitatem adamarent, externi propter potentiam metuerent.

c) *inculcata justa obedientia,*

Praeterea verissimum officium est vereri auctoritatem, iustisque legibus obedienter subesse: quo fit ut virtute vigilantiaque legum ab iniuria improborum cives vindicentur. Potestas legitima a Deo est, et *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit:* quo modo multum obedientia adipiscitur nobilitatis, cum iustissimae altissimaeque auctoritati adhibeatur. — Verum ubi imperandi ius abest, vel si quidquam praecipiatur rationi, legi aeternae, imperio Dei contrarium, rectum est non parere, scilicet hominibus, ut Deo pareatur. Sic praecluso ad tyrannidem aditu, non omnia pertrahet ad se principatus; sua sunt salva iura singulis civibus, sua societati domesticae, cunctisque reipublicae membris, data omnibus verae copia libertatis, quae in eo est, quemadmodum demonstravimus, ut quisque possit secundum leges rectamque rationem vivere.

d) *præscriptis auctoritatis humanæ limitibus.*

PARS SECUNDA.

LIBERALISMUS.

1° Varii gradus liberalismi.

Libertatis abusus et corruptio est liberalismus.

Quod si, cum de libertate vulgo disputant, legitimam honestamque intelligerent, qualem modo ratio oratioque descripsit, exagitare Ecclesiam nemo auderet propter illud quod per summam iniuriam ferunt, vel singulorum libertati vel liberae reipublicae esse inimicam. — Sed iam permulti Luciferum imitati, cuius est illa nefaria vox *non serviam*, libertatis nomine absurdam quamdam consectantur et meracam licentiam. Cuiusmodi sunt ex illa tam late fusa tamque pollenti disciplina homines, qui se, ducto a libertate nomine, *Liberales* appellari volunt.

Revera quo spectant in philosophia *Naturalistae*, seu *Rationalistae*, eodem in re morali ac civili spectant *Liberalismi* fautores, qui posita a *Naturalistis* principia in mores actionemque vitae deducunt. — Iamvero totius *rationalismi* humanae principatus rationis caput est: quae obedientiam divinae aeternaeque rationi debitam recusans, suique se iuris

esse decernens, ipsa sibi sola efficitur summum principium et fons et iudex veritatis. Ita illi, quos diximus, *Liberalismi* sectatores in actione vitae nullam contendunt esse, cui parendum sit, divinam potestatem, sed sibi quemque esse legem : unde ea philosophia morum gignitur quam *independentem* vocant, quae sub specie libertatis ab observantia divinorum praeceptorum voluntatem removens, infinitam licentiam solet homini dare. — Quae omnia in hominum praesertim societate quo tandem evadant, facile est pervidere. Hoc enim fixo et persuaso, homini antistare neminem, consequitur caussam efficientem conciliationis civilis et societatis non in principio aliquo extra aut supra hominem posito, sed in libera voluntate singulorum esse quaerendam : potestatem publicam a multitudine velut a primo fonte repetendam, praetereaque, sicut ratio singulorum sola dux et norma agendi privatim est singulis, ita universorum esse oportere universis in rerum genere publicarum. Hinc plurimum posse plurimos : partemque populi maiorem universi iuris esse officiique effectricem. — Sed haec cum ratione pugnare, ex eis quae dicta sunt apparet. Nullum siquidem velle homini aut societati civili cum Deo creatore ac proinde supremo omnium legislatore intercedere vinclum, omnino naturae repugnat, nec naturae hominis tantum, sed rerum omnium procreatarum : quia res omnes effectas cum caussa, a qua effectae sunt, aliquo esse aptas nexu necesse est : omnibusque naturis hoc convenit, hoc ad perfectionem singularum pertinet, eo se continere loco et gradu, quem naturalis ordo postulat, scilicet ut ei quod superius est, id quod est inferius subiiciatur et pareat. — Sed praeterea est huiusmodi doctrina tum privatis hominibus tum civitatibus maxime perniciosa. Sane reiecto ad humanam rationem et solam et unam veri bonique arbitrio, proprium tollitur boni et mali discrimen ; turpia ab honestis non re, sed opinione iudicioque singulorum differunt : quod libeat, idem licebit ; constitutâque morum disciplinâ, cuius ad coercendos sedandosque motus animi turbidos nulla fere vis est, sponte fiet ad omnem vitae corruptelam aditus. In rebus autem publicis, potestas imperandi separatur a vero

20 JUNII 1888

A Liberalismi absoluti sectatores rejiciunt omnem Dei auctoritatem et legem,

ut hominem faciant sui juris, societatis constitutionem a singulorum voluntate repetant, et summam potestatem attribuant multitudini :

hujus liberalismi doctrina a) *cum ratione pugnat, siquidem creatura essentialiter a Creatore pendet;*

præterea b) *periculis plena est, nempe* α) *boni malique discrimen tollit,*

naturalique principio, unde omnem haurit virtutem efficientem boni communis: lex, de iis quae facienda fugiendave sunt statuens, maioris multitudinis permittitur arbitrio, quod quidem est iter ad tyrannicam dominationem proclive. Imperio Dei in hominem hominumque societatem repudiato, consentaneum est nullam esse publice religionem, rerumque omnium, quae ad religionem referantur, incuria maxima consequetur. Similiter opinione principatus armata, facile ad seditionem turbasque labitur multitudo, frenisque officii et conscientiae sublatis, nihil praeter vim relinquitur; quae tamen vis tanti non est, ut populares cupiditates continere sola possit. Quod satis testatur dimicatio propemodum quotidiana contra *socialistas*, aliosque seditiosorum greges, qui funditus permovere civitates diu moliuntur. — Statuant igitur ac definiant rerum aequi aestimatores, tales doctrinae proficiantne ad veram dignamque hominis libertatem, an potius ipsam pervertant totamque corrumpant.

β) *ducit ad morum corruptelam,*
γ) *tyrannidi favet,*
δ) *indifferentismum gignit,*
ε) *seditionibus et societatis perturbationibus causam præbet.*

B
Alii, admissa lege Dei naturali, positivam et supernaturalem rejiciunt:

Certe quidem opinionibus iis vel ipsa immanitate sua formidolosis, quas a veritate aperte abhorrere, easdemque malorum maximorum caussas esse vidimus, non omnes *Liberalismi* fautores assentiuntur. Quin compulsi veritatis viribus, plures eorum haud verentur fateri, immo etiam ultro affirmant, in vitio esse et plane in licentiam cadere libertatem, si gerere se intemperantius ausit, veritate iustitiaque posthabita: quocirca regendam gubernandamque recta ratione esse, et quod consequens est, iuri naturali sempiternaeque legi divinae subiectam esse oportere. Sed hic consistendum rati, liberum hominem subesse negant debere legibus, quas imponere Deus velit, alia praeter rationem naturalem via. — Id cum dicunt sibi minime cohaerent. Etenim si est, quod ipsi consentiunt nec dissentire potest iure quisquam, si est Dei legislatoris obediendum voluntati, quia totus homo in potestate est Dei et ad Deum tendit, consequitur posse neminem auctoritati eius legiferae fines modumve praescribere, quin hoc ipso faciat contra obedientiam debitam. Immo vero si tantum sibi mens arrogarit humana, ut, quae et quanta sint tum Deo iura, tum sibi officia, velit ipsa decernere, verecun-

doctrina ista incohærens, si quidem a) præcepta Dei positiva non minoris auctoritatis sunt quam naturalia,

diam legum divinarum plus retinebit specie quam re, et arbitrium eius valebit prae auctoritate ac providentia Dei.— Necesse est igitur, vivendi normam constanter religioseque, ut a lege aeterna, ita ab omnibus singulisque petere legibus, quas infinite sapiens, infinite potens Deus, qua sibi ratione visum est, tradidit, quasque nosse tuto possumus perspicuis nec ullo modo addubitandis notis. Eo vel magis quod istius generis leges, quoniam idem habent, quod lex aeterna, principium, eumdemque auctorem, omnino et cum ratione concordant et perfectionem adiungunt ad naturale ius: eaedemque magisterium Dei ipsius complectuntur, qui scilicet, nostra ne mens neu voluntas in errorem labatur, nutu ductuque suo utramque benigne regit. Sit igitur sancte inviolateque coniunctum, quod nec diiungi potest nec debet, omnibusque in rebus, quod ipsa naturalis ratio praecipit, obnoxie Deo obedienterque serviatur.

20 JUNII 1888.

et b) *non minus certo constant.*

Mitiores aliquanto sunt, sed nihilo sibi magis constant, qui aiunt nutu legum divinarum dirigendam utique vitam ac mores esse privatorum, non tamen civitatis: in rebus publicis fas esse a iussis Dei discedere, nec ad ea ullo modo in condendis legibus intueri. Ex quo perniciosum illud gignitur consectarium, civitatis Ecclesiaeque rationes dissociari oportere. — Sed haec quam absurde dicantur, haud difficulter intelligitur. Cum enim clamet ipsa natura, oportere civibus in societate suppetere copias opportunitatesque ad vitam honeste, scilicet secundum Dei leges, degendam, quia Deus est omnis honestatis iustitiaeque principium, profecto illud vehementer repugnat, posse iisdem de legibus nihil curare, vel etiam quidquam infense statuere civitatem. — Deinde qui populo praesunt, hoc omnino reipublicae debent, ut non solum commodis et rebus externis, sed maxime animi bonis, legum sapientia, consulant. Atqui ad istorum incrementa bonorum ne cogitari quidem potest quidquam iis legibus aptius, quae Deum habeant auctorem: ob eamque rem qui in regendis civitatibus nolunt divinarum legum haberi rationem, aberrantem faciunt ab instituto suo et a praescriptione naturae politicam potestatem. Sed quod magis interest,

C *Mitiores alii legem divinam admittunt pro personis privatis, rejiciunt pro civitate:*

hi inde refelluntur quia a) *debet societas cives adjuvare ad recte, sc. secundum leges divinas vivendum,*

b) *bonis animi consulere, ad quæ nihil legibus divinis aptius,*

quodque alias Nosmetipsi nec semel monuimus, quamvis principatus civilis non eodem, quo sacer, proxime spectet, nec iisdem eat itineribus, in potestate tamen gerenda obviam esse interdum alteri alter necessario debet. Est enim utriusque in eosdem imperium, nec raro fit, ut iisdem de rebus uterque, etsi non eadem ratione, decernat. Id quotiescumque usuveniat, cum confligere absurdum sit, sapientissimaeque voluntati Dei aperte repugnet, quemdam esse modum atque ordinem necesse est, ex quo, caussis contentionum certationumque sublatis, ratio concors in agendis rebus existat. Et huiusmodi concordiam non inepte similem coniunctioni dixere, quae animum inter et corpus intercedit, idque commodo utriusque partis: quarum distractio nominatim est perniciosa corpori, quippe cuius vitam extinguit.

c) *in ordine ad finem ultimum concorditer cum Ecclesia agere.*

2° Modernæ libertates.

A *Rejicienda* cultuum libertas, 1° *quoad privatos, quia* a) *religio est præcipuum hominis officium et princeps omnium virtutum:*

Quæ quo melius appareant, varia libertatis incrementa quae nostrae quaesita aetati feruntur, separatim considerari oportet. — Ac primo illud in singulis personis videamus, quod est tantopere virtuti religionis contrarium, scilicet de *libertate*, uti loquuntur, *cultus*. Quae hoc est veluti fundamento constituta, integrum cuique esse, aut quam libuerit, aut omnino nullam profiteri religionem. — Contra vero ex omnibus hominum officiis illud est sine dubitatione maximum ac sanctissimum, quo pie religioseque Deum colere homines iubemur. Idque necessario ex eo consequitur, quod in Dei potestate perpetuo sumus, Dei numine providentiaque gubernamur, ab eoque profecti, ad eum reverti debemus. — Huc accedit, virtutem veri nominis nullam esse sine religione posse: virtus enim moralis est, cuius officia versantur in iis, quae ducunt ad Deum, quatenus homini est summum atque ultimum bonorum; ideoque religio quae *operatur ea, quae directe et immediate ordinantur in honorem divinum* (1), cunctarum princeps est moderatrixque virtutum. Ac si quaeratur, cum plures et inter se dissidentes usurpentur religiones, quam sequi unam ex omnibus necesse sit, eam certe ratio et natura respondent, quam Deus iusserit, quam ipsam

1. S. Th. II-II, qu. LXXXI, a. 6.

facile homines queant notis quibusdam exterioribus agnoscere, quibus eam distinxisse divina providentia voluit, quia in re tanti momenti summae errorem ruinae essent consecuturae. Quapropter oblata illa, de qua loquimur, libertate, haec homini potestas tribuitur, ut officium sanctissimum impune pervertat vel deserat, ideoque ut aversus ab incommutabili bono sese ad malum convertat : quod, sicut diximus, non libertas sed depravatio libertatis est, et abiecti in peccatum animi servitus.

20 JUNII 1888.

b) *ea autem profitenda religio quam Deus jussit :*

Eadem libertas, si consideretur in civitatibus, hoc sane vult, nihil esse quod ullum Deo cultum civitas adhibeat aut adhiberi publice velit : nullum anteferri alteri, sed aequo iure omnes haberi oportere, nec habita ratione populi, si populus catholicum profiteatur nomen. Quae ut recta essent, verum esse oporteret, civilis hominum communitatis officia adversus Deum aut nulla esse, aut impune solvi posse : quod est utrumque aperte falsum. Etenim dubitari non potest quin sit Dei voluntate inter homines coniuncta societas, sive partes, sive forma eius spectetur, quae est auctoritas, sive caussa, sive earum, quas homini parit, magnarum utilitatum copia. Deus est, qui hominem ad congregationem genuit atque in coetu sui similium collocavit ; ut quod natura eius desideraret, nec ipse assequi solitarius potuisset, in consociatione reperiret. Quamobrem Deum civilis societas, quia societas est, parentem et auctorem suum agnoscat necesse est, atque eius potestatem dominatumque vereatur et colat. Vetat igitur iustitia, vetat ratio atheam esse, vel, quod in atheismum recideret, erga varias, ut loquuntur, religiones pari modo affectam civitatem, eademque singulis iura promiscue largiri. — Cum igitur sit unius religionis necessaria in civitate professio, profiteri eam oportet quae unice vera est, quaeque non difficulter, praesertim in civitatibus catholicis, agnoscitur, cum in ea tamquam insignitae notae veritatis appareant. Itaque hanc, qui rempublicam gerunt, conservent, hanc tueantur, si volunt prudenter atque utiliter, ut debent, civium communitati consulere. Publica enim potestas propter eorum qui reguntur utilitatem constituta est : et quamquam hoc proxime spectat, deducere cives ad

2° *rejicienda eadem libertas quoad civitatem,*

a) *quia etiam societas sua erga Deum officia habet,*

b) *quæ præstare tenetur secundum formam Deo acceptam ;*

huius, quae in terris degitur, vitae prosperitatem, tamen non minuere, sed augere homini debet facultatem adipiscendi summum illud atque extremum bonorum, in quo felicitas hominum sempiterna consistit : quo perveniri non potest religione neglecta.

3° veræ religionis professio prodest libertati a) *tum subditorum,*

Sed haec alias uberius exposuimus : in praesentia id animadverti tantum volumus, istiusmodi libertatem valde obesse verae, cum eorum qui regunt, tum qui reguntur, libertati. Prodest autem mirifice religio, quippe quae primum ortum potestatis a Deo ipso repetit, gravissimeque principes iubet, officiorum suorum esse memores, nihil iniuste acerbeve imperare, benigne ac fere cum caritate paterna populo praeesse.

b) *tum principum*

Eadem potestati legitimae cives vult esse subiectos, ut Dei ministris ; eosque cum rectoribus reipublicae non obedientia solum, sed verecundia et amore coniungit, interdictis seditionibus, cunctisque incaeptis quae ordinem tranquillitatemque publicam perturbare queant, quaeque tandem caussam afferunt cur maioribus frenis libertas civium constringatur. Praetermittimus quantum religio bonis moribus conducat, et quantum libertati mores boni. Nam ratio ostendit, et historia confirmat, quo sint melius moratae, eo plus libertate et opibus et imperio valere civitates.

B
Pariter rejicienda illimitata libertas loquendi,

Iam aliquid consideretur de *libertate loquendi*, formisque litterarum quodcumque libeat exprimendi. Huius profecto non modice temperatae, sed modum et finem transeuntis libertatis ius esse non posse, vix attinet dicere. Est enim ius facultas moralis, quam, ut diximus saepiusque est dicendum,

siquidem a) *nullum esse potest jus disseminandi falsum,*

absurdum est existimare, veritati et mendacio, honestati et turpitudini promiscue et communiter a natura datam. Quae vera, quae honesta sunt, ea libere prudenterque in civitate propagari ius est, ut ad quamplures pertineant ; opinionum

sed b) *e contra necessitas urget protegendi multitudinem adversus præstigias et captiones dialecticas,*

mendacia, quibus nulla menti capitalior pestis, item vitia quae animum moresque corrumpunt, aequum est auctoritate publica diligenter coercere, ne serpere ad perniciem reipublicae queant. Peccata licentis ingenii, quae sane in oppressionem cadunt multitudinis imperitae, rectum est auctoritate legum non minus coercere, quam illatas per vim imbe-

cillioribus iniurias. Eo magis quod civium pars longe maxima praestigias cavere captionesque dialecticas, praesertim quae blandiantur cupiditatibus, aut non possunt omnino, aut sine summa difficultate non possunt. Permissa cuilibet loquendi scribendique infinita licentia, nihil est sanctum inviolatumque permansurum : ne illis quidem parcetur maximis verissimisque naturae iudiciis, quae habenda sunt velut commune idemque nobilissimum humani generis patrimonium. Sic sensim obducta tenebris veritate, id quod saepe contingit, facile dominabitur opinionum error perniciosus et multiplex. Qua ex re tantum capiet licentia commodi, quantum detrimenti libertas: eo enim est maior futura libertas ac tutior, quo frena licentiae maiora. — At vero de rebus opinabilibus disputationi hominum a Deo permissis, utique quod placeat sentire, quodque sentiatur, libere eloqui concessum est, non repugnante natura : talis enim libertas nunquam homines ad opprimendam veritatem, saepe ad indagandam ac patefaciendam deducit.

20 Junii 1888.

c) *ne errore dominante, vera libertas detrimentum capiat.*

C
Item rejicienda libertas quidlibet docendi, *quia* a) *in veritate est intelligentium naturarum perfectio et finis, adeoque* b) *ea sola mentes imbuere debet.*

De ea, quam *docendi libertatem* nominant, oportet non dissimili ratione iudicare. — Cum dubium esse non possit quin imbuere animos sola veritas debeat, quod in ipsa intelligentium naturarum bonum est et finis et perfectio sita, propterea non debet doctrina nisi vera praecipere, idque tum iis qui nesciant, tum qui sciant, scilicet ut cognitionem veri alteris afferat, in alteris tueatur. Ob eamque caussam eorum, qui praecipiunt, plane officium est eripere ex animis errorem, et ad opinionum fallacias obsepire certis praesidiis viam. Igitur apparet, magnopere cum ratione pugnare, ac natam esse pervertendis funditus mentibus illam, de qua institutus est sermo, libertatem, quatenus sibi vult quidlibet pro arbitratu docendi licentiam : quam quidem licentiam civitati dare publica potestas, salvo officio, non potest. Eo vel magis quod magistrorum apud auditores multum valet auctoritas et verane sint, quae a doctore traduntur, raro admodum diiudicare per se ipse discipulus potest.

Quamobrem hanc quoque libertatem, ut honesta sit, certis finibus circumscriptam teneri necesse est : nimirum ne

Veritas in qua sola versari debet præcipientium doctrina, est a) *naturalis, quæ est commune patrimonium generis humani,*

fieri impune possit, ut ars docendi in instrumentum corruptelae vertatur. — Veri autem, in quo unice versari praecipientium doctrina debet, unum est naturale genus, supernaturale alterum. Ex veritatibus naturalibus, cuiusmodi sunt principia naturae, et ea quae ex illis proxime ratione ducuntur, existit humani generis velut commune patrimonium : in quo, tanquam fundamento firmissimo, cum mores et iustitia et religio, atque ipsa coniunctio societatis humanae nitatur, nihil tam impium esset tamque stolide inhumanum, quam illud violari ac diripi impune sinere. — Nec minore conservandus religione maximus sanctissimusque thesaurus earum rerum, quas, Deo auctore, cognoscimus.

et b) *supernaturalis*

Argumentis multis et illustribus, quod saepe Apologetae consueverunt, praecipua quaedam capita constituuntur, cuiusmodi illa sunt : quaedam esse a Deo divinitus tradita : Unigenitum Dei Filium carnem factum, ut testimonium perhiberet veritati : perfectam quandam ab eo conditam societatem, nempe Ecclesiam, cuius ipsemet caput est, et quacum usque ad consummationem saeculi se futurum esse promisit. Huic societati commendatas omnes, quas ille docuisset, veritates voluit, hac lege, ut eas ipsa custodiret, tueretur, legitima cum auctoritate explicaret : unâque simul iussit, omnes gentes Ecclesiae suae, perinde ac sibimetipsi, dicto audientes esse : qui secus facerent, interitu perditum iri sempiterno. Qua ratione plane constat, optimum homini esse certissimumque magistrum Deum, omnis fontem ac principium veritatis, item Unigenitum, qui est in sinu Patris, viam, veritatem, vitam, lucem veram, quae illuminat omnem hominem, et ad cuius disciplinam dociles esse omnes homines oportet: *Et erunt omnes docibiles Dei* (1). — Sed in fide atque in institutione morum, divini magisterii Ecclesiam fecit Deus ipse participem, eamdemque divino eius beneficio falli nesciam : quare magistra mortalium est maxima ac tutissima, in eâque inest non violabile ius ad magisterii libertatem. Revera doctrinis divinitus acceptis se ipsa Ecclesia sustentans, nihil habuit antiquius, quam ut munus

quam Deus docuit

et Ecclesiæ credidit.

1. Ioan., VI, v. 45.

20 JUNII 1888.

sibi demandatum a Deo sancte expleret : eademque circumfusis undique difficultatibus fortior, pro libertate magisterii sui propugnare nullo tempore destitit. Hac via orbis terrarum, miserrima superstitione depulsa, ad christianam sapientiam renovatus est. — Quoniam vero ratio ipsa perspicue docet, veritates divinitus traditas et veritates naturales inter se oppositas esse revera non posse, ita ut quodcumque cum illis dissentiat, hoc ipso falsum esse necesse sit, idcirco divinum Ecclesiae magisterium tantum abest ut studia discendi atque incrementa scientiarum intercipiat, aut cultioris humanitatis progressionem ullo modo retardet, ut potius plurimum afferat luminis securamque tutelam. Eademque caussa non parum proficit ad ipsam libertatis humanae perfectionem, cum IESU CHRISTI Servatoris sit illa sententia, fieri hominem veritate liberum. *Cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos* ([1]). — Quare non est caussa, cur germana libertas indignetur, aut veri nominis scientia moleste ferat leges iustas ac debitas, quibus hominum doctrinam contineri Ecclesia simul et ratio consentientes postulant. Quin imo Ecclesia, quod re ipsa passim testatum est, hoc agens praecipue et maxime ut fidem christianam tueatur, humanarum quoque doctrinarum omne genus fovere et in maius provehere studet. Bona enim per se est et laudabilis atque expetenda elegantia doctrinae : praetereaque omnis eruditio, quam sana ratio pepererit, quaeque rerum veritati respondeat, non mediocriter ad ea ipsa illustranda valet, quae Deo auctore credimus. Revera Ecclesiae haec beneficia debentur sane magna, quod praeclare monumenta sapientiae veteris conservarit : quod scientiarum domicilia passim aperuerit ; quod ingeniorum cursum semper incitaverit, studiosissime has ipsas artes alendo, quibus maxime urbanitas aetatis nostrae coloratur. — Denique praetereundum non est, immensum patere campum, in quo hominum excurrere industria, seseque exercere ingenia libere queant : res scilicet quae cum doctrina fidei morumque christianorum non habent necessariam cognationem,

Quum veritas supernaturalis opponi nequeat naturali,

magisterium Ecclesiæ minime obest incremento scientiarum,

nec germanæ libertati obsunt leges fidei tuendæ causa ab Ecclesia latæ.

Campus immensus liberis investigationibus patens.

1. Ioan., VIII, 32.

vel de quibus Ecclesia, nulla adhibita sua auctoritate, iudicium eruditorum relinquit integrum ac liberum. — His ex rebus intelligitur quae et qualis illa sit in hoc genere libertas, quam pari studio volunt et praedicant *liberalismi* sectatores. Ex una parte sibi quidem ac reipublicae licentiam adserunt tantam, ut cuilibet opinionum perversitati non dubitent aditum ianuamque patefacere: ex altera Ecclesiam plurifariam impediunt, eiusque libertatem in fines quantum possunt maxime angustos compellunt,quamquam ex Ecclesiae doctrina non modo nullum incommodum pertimescendum sit, sed magnae omnino utilitates expectandae.

Tandem libertas conscientiæ, *alia absurda et rejicienda,*

Illa quoque magnopere praedicatur quam *conscientiae libertatem* nominant; quae si ita accipiatur, ut suo cuique arbitratu aeque liceat Deum colere, non colere, argumentis quae supra allata sunt, satis convincitur. — Sed potest etiam in hanc sententiam accipi, ut homini ex conscientia officii, Dei voluntatem sequi et iussa facere, nulla re impediente, in civitate liceat. Haec quidem vera, haec digna filiis Dei libertas, quae humanae dignitatem personae honestissime tuetur, est omni vi iniuriaque maior: eademque Ecclesiae semper optata ac praecipue cara. Huius generis libertatem sibi constanter vindicavere Apostoli, sanxere scriptis Apologetae, Martyres ingenti numero sanguine suo consecravere. Et merito quidem: propterea quod maximam iustissimamque Dei in homines potestatem, vicissimque hominum adversus Deum princeps maximumque officium, libertas haec christiana testatur. Nihil habet ipsa cum animo seditioso nec obediente commune: neque ullo pacto putanda est, velle ab obsequio publicae potestatis desciscere, propterea quod imperare atque imperata exigere, eatenus potestati humanae ius est, quatenus cum potestate Dei nihil dissentiat, constitutoque divinitus modo se contineat. At vero cum quidquam praecipitur quod cum divina voluntate aperte discrepet, tum longe ab illo modo disceditur, simulque cum auctoritate divina confligitur: ergo rectum est non parere.

alia prorsus admittenda,

Contra *Liberalismi* fautores, qui herilem atque infinite potentem faciunt principatum, vitamque nullo ad Deum

20 JUNII 1888.

respectu degendam praedicant, hanc de qua loquimur coniunctam cum honestate religioneque libertatem minime agnoscunt : cuius conservandae caussa si quid fiat, iniuria et contra rempublicam factum criminantur. Quod si vere dicerent, nullus esset tam immanis dominatus, cui subesse et quem ferre non oporteret.

cui tamen adversantur liberalismi fautores.

3° Tolerantia.

Perfecta doctrinæ applicatio optanda, non tamen semper possibilis.

Vehementer quidem vellet Ecclesia, in omnes reipublicae ordines haec, quae summatim attigimus, christiana documenta re usuque penetrarent. In iis enim summa efficacitas inest ad sananda horum temporum mala, non sane pauca nec levia, eaque magnam partem iis ipsis nata libertatibus, quae tanta praedicatione efferuntur, et in quibus salutis gloriaeque inclusa semina videbantur. Spem fefellit exitus. Pro iucundis et salubribus acerbi et inquinati provenere fructus. Si remedium quaeritur, sanarum doctrinarum revocatione quaeratur, a quibus solis conservatio ordinis, adeoque verae tutela libertatis fidenter expectari potest. — Nihilominus materno iudicio Ecclesia aestimat grave pondus infirmitatis humanae : et qualis hic sit, quo nostra vehitur aetas, animorum rerumque cursus, non ignorat. His de caussis, nihil quidem impertiens iuris nisi iis quae vera quaeque honesta sint, non recusat quominus quidpiam a veritate iustitiaque alienum ferat tamen publica potestas, scilicet maius aliquod vel vitandi caussa malum, vel adipiscendi aut conservandi bonum. Ipse providentissimus Deus cum infinitae sit bonitatis, idemque omnia possit, sinit tamen esse in mundo mala, partim ne ampliora impediantur bona, partim ne maiora mala consequantur. In regendis civitatibus rectorem mundi par est imitari : quin etiam cum singula mala prohibere auctoritas hominum non possit, debet *multa concedere atque impunita relinquere, quae per divinam tamen providentiam vindicantur, et recte* (1). Verumtamen in eiusmodi rerum adiunctis, si communis boni caussa et hac tantum caussa, potest vel etiam debet lex hominum ferre toleranter malum, tamen

Idcirco, aliquando, propter graves rationes, potest imo et debet malum tolerari,

1. S. August., *de lib. arb.* lib. 1, cap. 6, num. 14.

nec potest nec debet id probare aut velle per se : quia malum per se cum sit boni privatio, repugnat bono communi, quod legislator, quoad optime potest, velle ac tueri debet. Et hac quoque in re ad imitandum sibi lex humana proponat Deum necesse est, qui in eo quod mala esse in mundo sinit, *neque vult mala fieri, neque vult mala non fieri, sed vult permittere mala fieri, et hoc est bonum* (1). Quae doctoris Angelici sententia brevissime totam continet de malorum tolerantia doctrinam. — Sed confitendum est, si vere iudicari velit, quanto plus in civitate mali tolerari pernecesse est, tanto magis distare id genus civitatis ab optimo : itemque tolerantiam rerum malarum, cum pertineat ad politicae praecepta prudentiae, omnino circumscribi iis finibus oportere, quos caussa, id est salus publica postulat. Quare si saluti publicae detrimentum afferat et mala civitati maiora pariat, consequens est eam adhiberi non licere, quia in his rerum adiunctis abest ratio boni. Si vero ob singularia reipublicae tempora usuveniat, ut modernis quibusdam libertatibus Ecclesia acquiescat, non quod ipsas per se malit, sed quia permissas esse iudicat expedire, versis in meliora temporibus, adhibitura sane esset libertatem suam, et suadendo, hortando, obsecrando studeret, uti debet, munus efficere sibi assignatum a Deo, videlicet sempiternae hominum saluti consulere. Illud tamen perpetuo verum est, istam omnium et ad omnia libertatem non esse, quemadmodum pluries diximus, expetendam per se, quia falsum eodem iure esse ac verum, rationi repugnat. Et quod ad *tolerantiam* pertinet, mirum quantum ab aequitate prudentiaque Ecclesiae distant, qui *Liberalismum* profitentur. Etenim permittenda civibus omnium earum rerum, quas diximus, infinita licentia, omnino modum transiliunt, atque illuc evadunt, ut nihilo plus honestati veritatique tribuere, quam falsitati ac turpitudini videantur. Ecclesiam vero, columnam et firmamentum veritatis, eamdemque incorruptam morum magistram, quia tam dissolutum flagitiosumque *tolerantiae* genus constanter, ut debet, repudiat,

sed hæc tolerantiæ necessitas imperfectionem status socialis arguit.

Quam inique erga Ecclesiam in negotio tolerantiæ se gerant Liberalismi *fautores.*

1. S. Th. p. 1, qu. XIX, a. 9 ad. 3.

idemque adhiberi fas esse negat, criminantur esse a patientia et lenitate alienam; quod cum faciunt, minime sentiunt, se quidem, quod laudis est, in vitio ponere. Sed in tanta ostentatione *tolerantiae*, re persaepe contingit, ut restricti ac tenaces in rem catholicam sint: et qui vulgo libertatem effuse largiuntur, iidem liberam sinere Ecclesiam passim recusant. *20 Junii 1888.*

RECAPITULATIO.

Et ut omnis oratio unâ cum consectariis suis capitulatim breviterque, perspicuitatis gratiâ, colligatur, summa est, necessitate fieri, ut totus homo in verissima perpetuaque potestate Dei sit; proinde libertatem hominis, nisi obnoxiam Deo eiusque voluntati subiectam, intelligi minime posse. Quem quidem in Deo principatum aut esse negare, aut ferre nolle, non liberi hominis est, sed abutentis ad perduellionem libertate: proprieque ex animi tali affectione conflatur et efficitur *Liberalismi* capitale vitium. Cuius tamen distinguitur forma multiplex: potest enim voluntas non uno modo, neque uno gradu ex optemperatione discedere, quae vel Deo, vel iis, qui potestatem divinam participant, debetur.

Libertas humana essentialiter Deo subordinata.

Liberalismus est repudiatio divinæ legis, quæ vario gradu fit:

Profecto imperium summi Dei funditus recusare atque omnem obedientiam prorsus exuere in publicis, vel etiam in privatis domesticisque rebus, sicut maxima libertatis perversitas, ita pessimum *Liberalismi* est genus: omninoque de hoc intelligi debent quae hactenus contra diximus.

primus liberalismi gradus, repudiatio cujusvis legis divinæ;

Proxima est eorum disciplina, qui utique consentiunt, subesse mundi opifici ac principi Deo oportere, quippe cuius ex numine tota est apta natura: sed iidem leges fidei et morum, quas natura non capiat, ipsa Dei auctoritate traditas, audacter repudiant, vel saltem nihil esse aiunt, cur earum habeatur, praesertim publice in civitate, ratio. Qui pariter quanto in errore versentur, et quam sibimetipsis parum cohaereant, supra vidimus. Et ab hac doctrina, tamquam a capite principioque suo, illa manat perniciosa sententia de rationibus Ecclesiae a republica disparandis: cum contra liqueat, geminas potestates, in munere dissimili et

secundus gradus, repudiatio legis supernaturalis;

gradu dispari, oportere tamen esse inter se actionum concordia et mutatione officiorum consentientes.

tertius gradus, repudiatio auctoritatis ecclesiasticæ quatenus vel Ecclesia absolute rejicitur,

Huic tamquam generi subiecta est opinio duplex. — Plures enim rempublicam volunt ab Ecclesia seiunctam et penitus et totam, ita ut in omni iure societatis humanae, in institutis, moribus, legibus, reipublicae muneribus, institutione iuventutis, non magis ad Ecclesiam respiciendum censeant, quam si esset omnino nulla : permissa ad summum singulis civibus facultate, ut privatim, si libeat, dent religioni operam. Contra quos plane vis argumentorum omnium valet, quibus ipsam de distrahendis Ecclesiae reique civilis rationibus sententiam convincimus : hoc praeterea adiuncto, quod est perabsurdum, ut Ecclesiam civis vereatur, civitas contemnat.

vel non agnoscitur ut societas perfecta ;

Alii, quominus Ecclesia sit, non repugnant, neque enim possent : ei tamen naturam iuraque propria societatis perfectae eripiunt, nec eius esse contendunt, facere leges, iudicare, ulcisci, sed cohortari dumtaxat, suadere, regere sua sponte et voluntate subiectos. Itaque divinae huiusce societatis naturam opinione adulterant, auctoritatem, magisterium, omnem eius efficientiam extenuant et coangustant, vim simul potestatemque civilis principatus usque eo exaggerantes, ut sicut unam quamvis e consociationibus civium voluntariis, ita Ecclesiam Dei sub imperium ditionemque reipublicae subiungant. — Ad hos plane refellendos argumenta valent Apologetis usitata, nec praetermissa Nobis, nominatim in Epistola encyclica *Immortale Dei*, ex quibus efficitur, divinitus esse constitutum, ut omnia in Ecclesia insint, quae ad naturam ac iura pertineant legitimae, summae, et omnibus partibus perfectae societatis.

quartus gradus est, immoderata conciliationis voluntas.

Multi denique rei sacrae a re civili distractionem non probant ; sed tamen faciendum censent, ut Ecclesia obsequatur tempori, et flectat se atque accommodet ad ea, quae in administrandis imperiis hodierna prudentia desiderat. Quorum est honesta sententia, si de quadam intelligatur aequa ratione, quae consistere cum veritate iustitiaque possit : nimirum ut, explorata spe magni alicuius boni, indul-

gentem Ecclesia sese impertiat, idque temporibus largiatur, quod salva officii sanctitate potest. — Verum secus est de rebus ac doctrinis, quas demutatio morum ac fallax iudicium contra fas invexerint. Nullum tempus vacare religione, veritate, iustitia potest : quas res maximas et sanctissimas cum Deus in tutela Ecclesiae esse iusserit, nihil est tam alienum quam velle, ut ipsa quod vel falsum est vel iniustum dissimulanter ferat, aut in iis quae sunt religioni noxia conniveat.

20 JUNII 1888.

Itaque ex dictis consequitur, nequaquam licere petere, defendere, largiri, cogitandi, scribendi, docendi, itemque promiscuam religionum libertatem, veluti iura totidem, quae homini natura dederit. Nam si vere natura dedisset, imperium Dei detrectari ius esset, nec ulla temperari lege libertas humana posset. — Similiter consequitur, ista genera libertatis posse quidem, si iustae caussae sint, tolerari, definita tamen moderatione, ne in libidinem atque insolentiam degenerent.— Ubi vero harum libertatum viget consuetudo, eas ad facultatem recte faciendi cives transferant, quodque sentit de illis Ecclesia, idem ipsi sentiant. Omnis enim libertas legitima putanda, quatenus rerum honestarum maiorem facultatem afferat, praeterea nunquam.

Modernæ libertates loco jurium haberi nequeunt,

nec illimitatæ esse possunt;

iis licet uti ad bonum.

Ubi dominatus premat aut impendeat eiusmodi, qui oppressam iniusta vi teneat civitatem, vel carere Ecclesiam cogat libertate debita, fas est aliam quaerere temperationem reipublicae, in qua agere cum libertate concessum sit : tunc enim non illa expetitur immodica et vitiosa libertas, sed sublevatio aliqua, salutis omnium caussa quaeritur, et hoc unice agitur ut, ubi rerum malarum licentia tribuitur, ibi potestas honeste faciendi ne impediatur.

Qua ratione postulanda libertas ubi Ecclesia opprimitur.

Atque etiam malle reipublicae statum populari temperatum genere, non est per se contra officium, salva tamen doctrina catholica de ortu atque administratione publicae potestatis. Ex variis reipublicae generibus, modo sint ad consulendum utilitati civium per se idonea, nullum quidem Ecclesia respuit : singula tamen vult, quod plane idem natura iubet, sine iniuria cuiusquam, maximeque integris Ecclesiae iuribus esse constituta.

Non improbatur regimen populare,

nec rei politicæ gestio,

Ad res publicas gerendas accedere, nisi alicubi ob singularem rerum temporumque conditionem aliter caveatur, honestum est: immo vero probat Ecclesia, singulos operam suam in communem afferre fructum, et quantum quisque industriâ potest, tueri, conservare, augere rempublicam.

nec justa gentium et locorum independentia.

Neque illud Ecclesia damnat, velle gentem suam nemini servire nec externo, nec domino, si modo fieri, incolumi iustitia, queat. Denique nec eos reprehendit qui efficere volunt, ut civitates suis legibus vivant, civesque quam maxima augendorum commodorum facultate donentur. Civicarum sine intemperantia libertatum semper esse Ecclesia fautrix fidelissima consuevit: quod testantur potissimum civitates italicae, scilicet prosperitatem, opes, gloriam nominis municipali iure adeptae, quo tempore salutaris Ecclesiae virtus in omnes reipublicae partes, nemine repugnante, pervaserat.

Haec quidem, venerabiles Fratres, quae fide simul et ratione duce, pro officio Nostro apostolico tradidimus, fructuosa plurimis futura, vobis maxime Nobiscum adnitentibus, confidimus. — Nos quidem in humilitate cordis Nostri supplices ad Deum oculos tollimus, vehementerque petimus, ut sapientiae consiliique sui lumen largiri hominibus benigne velit, scilicet ut his aucti virtutibus possint in rebus tanti momenti vera cernere, et quod consequens est, convenienter veritati, privatim, publice, omnibus temporibus immotâque constantia vivere. — Horum coelestium munerum auspicem et Nostrae benevolentiae testem vobis, venerabiles Fratres, et Clero populoque, cui singuli praeestis, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 20 Iunii An. 1888, Pontificatus Nostri Undecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Episcopis Hiberniae.

DE URGENDO DECRETO NUPER LATO.

SAEPE Nos ex hoc Apostolici muneris fastigio curas et cogitationes ad catholicos cives vestros contulimus; animusque Noster haud semel est publicis consignatus litteris, e quibus, quemadmodum sumus erga Hiberniam affecti, cuivis sine dubitatione appareat.—Praeter ea, quae superioribus annis sacrum Consilium christiano nomini propagando, auctoritate Nostra, de Hibernia providit, satis epistolae loquuntur, quas ad Venerabilem Fratrem Cardinalem Mac-Cabe Archiepiscopum Dublinensem semel atque iterum dedimus: itemque oratio, quam nuperrime ad catholicos e gente vestra non paucos habuimus: a quibus quidem non modo gratulationes et vota pro incolumitate Nostra, verum etiam grati animi significationem accepimus ob perspectam in Hibernos Nostram voluntatem. — His ipsis proximis mensibus, cum templum in hac alma Urbe exaedificari in honorem Patritii, magni Hibernorum Apostoli, placuerit, consilium quidem maxima animi propensione adiuvimus, reque pro viribus adiuturi sumus.

24 JUNII 1888.

Suam in Hibernos voluntatem variis argumentis Pontifex testatur.

Nunc vero paterna ista caritas cum in Nobis eadem perseveret, dissimulare non possumus, gravia Nobis ac permolesta accidere, quae novissimo tempore istinc afferuntur. Inopinatam concitationem animorum intelligimus, inde repente coortam, quod ea dimicandi ratione, quam *plan of campaign* et *boycotting* nominant, pluribus usurpari coepta, sacrum Consilium perduellibus Ecclesiae vindicandis uti decrevit non licere. — Atque illud dolendum magis, non paucos numerari, qui populum ad conciones turbulentas vocare insistant: quibus in concionibus inconsideratae iactantur periculosaeque opiniones, nec auctoritati decreti parcitur: quod ipsum longe alio, quam quo revera spectat, commentitiis interpretationibus detorquetur. Immo vero obediendi officium gigni ex illo negant, perinde ac verum

Queritur decretum de illicita dimicanda ratione, plan of compaign *et* boycotting *nuncupata, non fuisse uti par erat receptum.*

propriumque Ecclesiae munus nequaquam sit de honestate et turpitudine actionum humanarum iudicare. — Ista quidem agendi ratio distat plurimum a professione christiani nominis, cuius profecto illae sunt virtutes comites, moderatio, verecundia, potestati legitimae obtemperatio. Nec praeterea decet in caussa bona, videri quodammodo eos homines imitari, qui, quod non iure petunt, tumultuose adipisci contendant. — Et haec quidem eo sunt graviora, quia Nos omnia diligenter circumspeximus, ut liceret rerum vestrarum statum ac popularium querelarum caussas penitus et sine errore cognoscere. Auctores habemus, quibus iure credatur : vosmetipsos coram percontati sumus : praetereaque superiore anno Legatum ad vos misimus virum probatum et gravem, qui veritatem summa cura exquireret, et ad Nos ex fide referret. — Nominatimque de hac providentia populus Hibernus gratias Nobis publice agendas curavit. Num igitur non in eo temeritas inest, quod aiunt, de caussa Nos iudicavisse non satis cognita? praesertim cum res improbaverimus, in quibus improbandis consentiunt aequi viri, quotquot, ista dimicatione vestra non impliciti, pacatiore iudicio de rebus existimant.

Bonam causam male defendi dolet.

Ex plena rerum cognitione decretum latum fuisse declarat.

Illud pariter non vacat iniuria suspicari, parum Nos Hiberniae caussâ moveri, et quae sit apud vos fortuna populi, non admodum laborare. Contra sic afficit Nos Hibernorum conditio, ut neminem magis : nihilque tam vehementer cupimus, quam ut tranquillitatem adepti prosperitatemque meritam ac debitam, aliquando respirent. Nullo tempore recusavimus, quominus pro melioribus rebus suis contenderent : sed illudne ferendum videatur, aditum in contentione ad maleficia patefieri? Quin immo ob id ipsum, quod, interiectis cupiditatibus politicarumque partium studiis, permixtum fas atque nefas una atque eadem caussa complectitur, Nos quidem constanter studuimus id quod honestum esset ab eo secernere, quod non esset honestum, catholicosque ab omni re deterrere, quam christiana morum disciplina non probaret. — Quamobrem consiliis tempestivis Hibernos monuimus, meminissent professionis catholicae, nihil unquam naturali repugnans honestati, nihil divina lege

Malis Hiberniæ maxime permotus meliora ipsi optat, sed juste petenda,

quod apprime catholicos decet.

24 JUNII 1888.

non concessum susciperent. — Recens igitur decretum non iis debet praeter opinionem accidisse: eo vel magis, quod vosmetipsi, Venerabiles Fratres, anno MDCCCLXXXI, Dublinum congregati, Clerum et populum cavere iussistis, quaecumque essent ordini publico caritative contraria, cuiusmodi illa sunt, nolle quod iure debeatur reddere, nolle reddi: personam, vel bona cuiusquam violare: legibus, vel etiam iis, qui fungantur munere publico, vim opponere: in clandestina foedera coire, et cetera generis eiusdem. Quae quidem praecepta, plena aequitatis maximeque opportuna, laudata Nobis ac probata sunt.

Appellat ad decretum anno 1883 ab episcopis latum.

Nihilominus cum populus inveterato cupiditatum fervore transversus raperetur, nec deessent qui novas quotidie faces admoverent, intelleximus, praecepta requiri magis definita, quam quae generatim de iustitia et caritate retinenda antea dederamus. Pati Nos prohibebat officium, tot catholicos homines, quorum Nobis est in primis commissa salus, viam insistere praecipitem et lubricam, quae ad evertendas res potius duceret, quam ad miserias sublevandas.— Rem igitur ex veritate aestimari oportet: animumque illum Nostrum in eo ipso decreto Hibernia recognoscat amantem sui, optataeque prosperitati congruentem, quia caussae quantumvis iustae nihil tam obest, quam vi et iniuriis esse defensam.

Loquendum instantius Pontifici erat; quod et egit, animo prosperitatem Hiberniæ consulente.

Haec quae scribimus ad vos, Venerabiles Fratres, magisterio vestro Hibernia cognoscat. Concordia sententiarum et voluntatum, ut oportet, coniunctos, nec vestrâ tantum, sed et Nostrâ auctoritate fultos, multum vos confidimus assequuturos: illud praecipue, ut cupiditatum tenebrae ne diutius tollant iudicium veri, maximeque concitatores populi temere se fecisse poeniteat. Cum multi sint, qui ad deserenda officia vel certissima aucupari caussas videantur, date operam, ut de vi eius decreti nullus relinquatur ambiguitati locus. Intelligant universi, eam omnem rationem, quae ne adhiberetur interdiximus, adhiberi omnino non licere. — Honestas utilitates honeste quaerant, potissimumque, ut christianos decet, incolumi iustitia atque obedientia Sedis Apostolicae: quibus in virtutibus Hibernia quidem omni tempore solatium simul et animi robur invenit.

Suam voluntatem, omnibus patefaciendam, iterum exprimit.

Jura juste et christiane tuenda.

Populo Hiberno benedicit. Interea caelestium munerum auspicem et benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque Hiberno Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 24 Iunii 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

MOTU PROPRIO

COLLEGIO BELGARUM URBANO

CENTUM ITALICARUM LIBELLARUM

MILLIA TRIBUUNTUR.

10 JULII 1888.

Belgicum clerum, sibi e propinquo notum, Pontifex valde commendat.

CUM plura Nobis ad recordationem iucunda ex rebus Belgicis in animo insederint, tum praecipue honestissimum ordinem Cleri meminisse perlibenter solemus. — Belgicos quippe sacerdotes nosse olim e propinquo licuit : spectandaeque eorum disciplinae, sollertiae, caritatis, non tempus Nobis, non locus defuit. Permansere illae quidem in eis virtutes, eaedemque, si Deo placet, permanebunt perennes ac perpetuae, maxime quod omni cura studioque, uti probe scimus, in Clericorum seminaria Episcopi incumbunt, officium nullum praetermittere soliti, ut sacrorum alumni eâ, qua par est, ratione instituantur. — Nihilominus tamen, quoniam strenuorum sacerdotum quotidie est opportunitas maior, vigilantiaque summa provideri oportet, ut continenter eorum numerus iunioribus suppleatur, idcirco hac in re ad providas Episcoporum curas volumus aliquid etiam a Nobis adiumenti accedere ; in quo simul appareat benevolentiae Nostrae veteris in Belgas singulare testimonium. — Cui quidem voluntati Nostrae perficiendae optimum patere locum in Collegio Belgarum Urbano censemus, ad cuius initia Nosmetipsi, utique cum legatione Belgica fungeremur, nonnihil contulimus operae. Idque sane auspicato : nam Collegium, de quo loquimur, dignos existimatione hominum fructus edidit quadraginta amplius annis, spemque facit constanter editurum pares. Compertum est enim, viros ex eo prodivisse non paucos virtute doctrinâque auctos, ad sacra scienter exercitatos, quorum in adiuvandis Episcoporum laboribus gerendisque sacerdotalibus muneribus utiliter integreque versata est ac versatur industria. Ex quo confirmatur quam hoc salutare sit, ut sacerdotes aliquot in sinu suo educatos ad catholicas gentes Roma submittat. — His de caussis

Cujus educatio ut levetur, aliquid munifice conferre vult.

Idcirco Collegio Belgarum urbano, cujus initia fovit, fructus probavit,

adjicit argenteos italicos nummos ad centum millia, unde septem quotannis alumni nutriantur, ab Episcopis designandi singulis unus, ab Archiepiscopo Mechl. duo.

Collegio supra dicto attribuimus, addicimus argenteos italicos nummos ad *centum millia*, hac lege ut ex annuo huius pecuniae reditu in perpetuum adolescentes *septem*, natione Belgae, qui bonam spem ostendant et animi et ingenii, iidemque ad sacra aspirent, gratis alantur, instituantur. De cooptatione eorum volumus, ut Belgarum Episcopi legant mittantque singuli singulos; Archiepiscopus Mechliniensis duos, quorum alterum sumat ex auditoribus philosophiae sublimioris in Lyceo magno Lovaniensi, rogata doctorum eiusdem facultatis sententia.

Datum Romae apud S. Petrum die 10 Iulii 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE HONORIS SIGNO OCCASIONE JUBILAEI INSTITUENDO.

QUOD singulari Dei concessu et munere adeo provecti sunt Nostrae aetatis anni, ut potuerit a Nobis quinquagesimus sacerdotii natalis feliciter agi, id profecto Nos non tam Nostra, quam Ecclesiae atque huius Apostolicae Sedis caussa delectat. Faustitas enim eius eventus plene, cumulateque confirmat, quam miro pietatis ardore quantaque voluntatum consensione soleant catholici homines IESU CHRISTI Vicarium colere et observare, utque difficultates rerum et temporum dirumpere, aut perturbare nequeant officiorum et studiorum vicissitudinem, quae populis christianis cum Romano Pontifice intercedit. Siquidem ex omnibus orbis terrarum partibus, quacumque invectum est catholicum nomen, tot ac tam praeclarae amoris et obsequii significationes sunt nobis exhibitae, ut institui quodammodo visa sit inter populos voluntatis erga Nos et liberalitatis honesta certatio. De rebus sermo est, quas quidem norunt omnes et quas auctori bonorum omnium Deo Nos referimus acceptas. Ceterum nullum est pietatis testimonium, nullum officii genus, quod christiani homines, ea sibi oblata occasione, Nobis non detulerunt. Revera neminem latet, ut multis in locis festus ille habitus atque auctus sit dies, quo quinquagenariam Sacerdotii Nostri memoriam celebravimus, ut de vita et incolumitate Nostra, tamquam de publico bono, decretae sint gratiarum actiones et gratulationes; ut ad commemorationem auspicati diei non pauca sint christianae plena caritatis opera instituta: videlicet comparata calamitosis adiumenta, aperta perfugia puellis, pueri recepti in scholas, redempta a servitute mancipia. Testis vero est alma Urbs Nostra, quam ingens vis peregrinorum continenter menses huc confluxerit, qui haberent ad Nos aditum et eximia erga nos animi sensa coram profiteretur. Vidimus sane plurimos genere, sermone, moribus inter se dissimiles non solum ab Euro-

17 JULII 1888.

Pontifex, recolit grate splendorem jubilæi sacerdotalis,

opera caritatis hac occasione instituta,

pae regionibus, sed vel a dissitis Africae, Asiae, Americae et Oceaniae oris Romam conferre eiusdem omnes fidei et paris observantiae testimonium Pontifici Maximo daturos. Res quidem cum valde per se mirabilis, tum Nobis, qui gentes universas una eademque caritate complectimur, summopere iucunda. Verum sunt alia etiam officia, quorum non excidet Nobis memoria et gratia: ea enim animo tam lubenti, gratoque accēpimus, quam obsequenti ac prono sunt delata. De donis nimirum loquimur, muneribusque omnis generis, quae ex orbe terrarum fere universo catholici homines quasi pietatis tributum, Nobis conferenda curaverunt. Sunt ea quidem et plurima numero et genere varia, propter dissimilitudinem locorum, dissimilem rationem habentia : quorum alia divitias et artificia referunt naturae, alia opificum industriam prudentiamque artis testantur: multa vel materia, vel opere valde sunt conspicua, multa contuentium animos vel ipsa peregrinitate delectant. Huiusmodi vero dona cum collecta sint et comportata ab omnibus orbis partibus, omnemque civium ordinem ita attingant, ut pretiosis Regum procerumque donariis proxima videantur munuscula pauperum, Nos non parvi referre ducimus ad Apostolicae Sedis laudem, ea omnia simul congerere et in Nostris Vaticanis aedibus ad spectandum proponere. Quod quidem bene ac prospere cessisse, institutisque rebus exitum contigisse quem optabamus, et laetamur maxime et gratias Deo, uti par est, plurimas agimus et habemus. Sed libet Nobis animum Nostrum et memorem et gratum profiteri etiam viris iis, qui honorum Nobis habendorum fautores extitere. Etsi enim probe novimus ob faustitatem proximi eventus studium populorum alacrius fuisse, quam ut incitari oporteret, non sumus tamen nescii in instituendis sodalitatibus pia peregrinatione ad Nos adeuntibus, in muneribus perferendis, ordinandis, custodiendis, in omnibus denique amoris pietastisque officiis praestandis eorum virorum solertiam industriamque mirifice excelluisse. Iis vero se socias et administras addidisse scimus pias feminas, quae in eiusmodi voluntatis erga Nos significationibus impertiendis suas sibi partes deposcere voluerunt. Quibus e rebus placet

dona innumera undique sibi collata, publiceque in Vaticanis ædibus exposita.

Gratum se profiteri Pontifici libet erga omnes speciali titulo de Jubilæo meritos.

17 Julii 1888.

Nobis, ut apud eos omnes cum eventus memoria, tum benevolentiae Nostrae maneat testimonium. Idcirco volumus, iubemus ex argyrometallo nec non ex auro argentoque conflari insigne formam Crucis habens, quod tamen quatuor interiectis liliis efficiatur octogonon. Media in coniunctione numisma parvum extet, cuius in adversa parte nomen et imago Nostra effingatur ; in aversa autem exprimatur Pontificale insigne, inscribaturque « Pro Ecclesia et Pontifice ». Extremae vero partes Crucis, quae obversae sunt, ornentur cometa, qui una cum liliis insigne efficit gentis Nostrae : quae autem aversae, signentur « Pridie Kal. Ianuar. 1888 ». Huiusmodi honoris signo, quod e toenia serica purpurei coloris linea alba flavaque ad utramque oram virgata dependeat, merentium pectus sinistro latere decorari concedimus. Omnibus vero et singulis qui tali honore digni habiti fuerint, auspicem caelestium munerum, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Idcirco insigne novum conflandum jubet, cum titulo « Pro Ecclesia et Pontifice. »

Omnibus hoc insigne digne gesturis benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 17 Iulii 1888. Pontificatus Nostri anno undecimo.

M. Card. LEDOCHOWSKI.

EPISTOLA ENCYCLICA

QUA ARMENII SEJUNCTI AD ROMAN. COMMUNIONEM REVOCANTUR.

25 JULII 1888.

Pontifex gaudet de composito dissidio quo nuper quidam ex Armeniis defecerant.

PATERNA caritas, qua partes omnes Dominici gregis complectimur, vi naturâque sua est eiusmodi, ut laeta, tristia, quaecumque uspiam in christiana republica eveniunt, intima Nos perpetuâque communicatione sentiamus. Itaque sicut antea magnus ac diuturnus in animo Nostro insederat dolor, quod quidam ex Armenia gente, praesertim in urbe Constantinopoli, sese a fraterno coetu vestro seiunxissent, ita nunc laetitiam capimus singularem ac vehementer optatam, quod dissidium illud, Dei beneficio, auspicato conquieverit. Dum autem restitutam Vobis concordiam pacemque gratulamur, temperare Nobis nequimus, quin Vos hortemur enixe, ut divinae bonitatis tam grande munus custodire sedulo et augere studeatis. Quo autem hoc consequamini, videlicet idem sapere idemque in iis, quae ad religionem pertinent, sentire, oportet omnes quidem constanter, ut facitis, in obedientia huic Apostolicae Sedi permanere: vos autem, dilecti filii, Patriarchae vestro, aliisque Antistitibus, qui vobis iure legitimo praesunt, fideliter subesse et obtemperare. — Quoniam vero ad hanc ipsam religiosam concordiam labefactandam saepe suboritur occasio cum ex dissensionibus in publicis negotiis, tum propter iurgia de privatis rebus, primas illas a vobis arceat fidelis ea, quae spectatissima in vobis est, observantia et animorum subiectio erga supremum Othomanici imperii Principem, cuius perspecta Nobis est aequitas, studium servandae pacis, et egregia in Nos voluntas luculentis testata indiciis. Iurgia vero ac simultates facile a vobis aberunt, si vestris haeserint defixa mentibus, moribusque expressa fuerint quae beatus Paulus gentium Apostolus tradit de caritate perfecta, quae *patiens* ac *benigna est, non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non*

Ad hoc munus servandum, multum inservient concordia, debitaque iis qui præsunt obedientia.

Publicas dissensiones devitent subjectione erga supr. Othomanici imperii Principem;

jurgia vero privata, consilium Apostoli de

irritatur, non cogitat malum (1). Porro eximia haec et perfecta animorum consensio aliud vobis praestabit bonum, ut per eam augere, quemadmodum diximus, latiusque provehere possitis restitutae concordiae pacisque fructus; oculos enim ad vos animosque convertet ceterorum qui, licet commune vobiscum genus nomenque gentis habeant, adhuc tamen a vobis Nobisque dissident, neque sacris eius, cui praesumus, ovilis septis includuntur. Ii scilicet concordiae et caritatis vestrae intuentes exempla, facile intelligent, Christi spiritum vigere inter vos, quippe unus Ille suos ita sibi iungere potest, ut unum corpus efficiant. Utinam illi id agnoscant, et ad eam unitatem redire constituant, unde maiores eorum discessere! Quo facto necesse erit eos incredibili voluptate perfundi, quum senserint sese Nobis vobisque iunctos etiam cum ceteris coniungi fidelibus, qui totum diffusi per orbem censentur catholico nomine; adeoque senserint, se in tabernaculis manere mysticae Sion, cui datum est uni ex divinis oraculis, ut ubique terrarum dilatet locum tentorii sui et pelles tabernaculorum suorum extendat.

caritate servando.

Hujus optandæ consensionis animarum fructus erit Armeniorum adhuc sejunctorum, ad ovile unicum reditus, summe ipsis optabilis.

Ceterum ut optata haec reversio contingat vestrum est potissimum operam dare, Venerabiles Fratres, qui Armeniis dioecesibus praeestis, quibus neque zelum ad cohortandum, neque doctrinam ad persuadendum defore novimus. Quin etiam Nostro nomine et verbis eos, qui dissentiunt, per Vos revocari volumus: non enim pudor est, imo vero maxime decet, parentem ab se digressos diuque expectatos liberos revocare domum, imo occurrere et brachia pandere reduces amplexura. Neque fore putamus, ut voces suasionesque vestrae in irritum cadant. Spem enim Nobis facit optati exitus primum amplissima misericordia Dei in omnes gentes effusa, tum ipsius Armenii populi docilitas et ingenium. Quam pronus ad amplectendam veritatem semel agnitam sit, quam paratus ad regressum, si in devia senserit se deflexisse, multis testatum est monumentis historiae. Gloriantur ii vel ipsi, qui sacra a vobis separatim obeunt, Armeniam gentem Christi fidem edoctam fuisse a Gregorio, viro san-

Maximam spem Pontifex reponit in zelo Armeniorum catholicorum, ut fratres ad patrem communem reducant.

Laudat gentis Armenicæ docilitatem et ingenium.

Recolit Gregorium

1. Corinth., XIII 4-5.

Illuminatorem a S. Silvestro Rom. P. receptum,

ctissimo, cui Illuminatori dictum cognomen est, eumque parentem ac patronum obsequio colunt singulari. Huius memorabile et inter eos iter est ad urbem Romam, ut S. Silvestro Romano Pontifici suam probaret fidem, observantiam profiteretur. Fertur imo exceptus ab eo fuisse summa cum benevolentia et quibusdam facultatibus auctus. Eodem fuisse animo, quo Gregorius fuerat, in Apostolicam Sedem complures ex iis qui posthac Armeniis praefuerunt ecclesiis, compertum est ex eorum epistolis, ex peregrinationibus ad Urbem susceptis, imprimis vero e Synodalibus decretis. Ac sane dignissima memoratu sunt, quae in Sisensi Synodo anno MCCCVII habita Armenii Patres edixere de officio parendi huic Apostolicae Sedi: *Sicuti corporis est capiti obedire, ita debet similiter universalis Ecclesia (quae corpus est Christi) obtemperare ei, qui totius Ecclesiae caput a Christo Domino est constitutus.* Quae confirmata sunt et enucleatius explicata in Adanensi Concilio anno eiusdem saeculi decimo sexto. Gnarum praeterea Vobis est, ut alia quae minoris sunt missa faciamus, quid gestum fuerit in Synodo Florentina. Quo cum Legati Constantini V Patriarchae accessissent, Eugenium IV decessorem Nostrum uti Christi Vicarium venerati, se venisse dixerunt ad caput, ad pastorem, ad fundamentum Ecclesiae, rogantes ut caput condoleret membris, pastor colligeret gregem, fundamentum Ecclesiam confirmaret (1). Et symbolum suum ac fidem exhibentes rogabant: *si est defectus, doce.* Tum vero edita a Pontifice conciliaris Constitutio *Exultate Deo*, qua illos docuit quaecumque de doctrina catholica scitu necessaria existimavit. Quam Constitutionem Legati, suo suique Patriarchae totiusque Armeniae gentis nomine, excipere sese amplectique declararunt submisso ac prono ad parendum animo, *profitentes tamquam veri obedientiae filii, nomine quo supra, ipsius Sedis Apostolicae ordinationibus et iussionibus fideliter obtemperare.* Eapropter Azarias, Patriarcha Ciliciae, datis ad Gregorium XIII decessorem Nostrum litteris IV Idus Aprilis anno MDLXXXV, verissime perscripsit: *Ecce invenimus libros*

necnon permultos in sensu Gregorii permanentes.

Patres Sisensis Synodi Apostolicæ Sedis jura proclamant.

Confirmant Patres Adanenses, et præsertim Florentini.

Describitur modus agendi legatorum Constantini V. Patriarch. cum Eugenio IV.

Citantur litteræ Azariæ Patr.

1. Labbaei *Conc. Collect.*, suppl. Tom. V, 210.

maiorum nostrorum de obedientia Catholicorum et Patriarcharum Nostrorum ad Pontificem Romanum, quomodo S. Gregorius Illuminator obediens fuit S. Silvestro Papae. Hinc in more fuit Armeniae gentis, missos pro re nata ab Apostolica Sede legatos honestissime excipere, eiusque mandata religiose facessere.

25 JULII 1888.

Ciliciæ ad Gregorium XIII datas.

Haec equidem plurimum valitura confidimus, ut plures hactenus a Nobis segregati ad coniunctionem expetendam inducant animum: si quibus vero cunctandi haerendive caussa fuerit metus, ne minus de se sollicitam experturi sint Apostolicam Sedem, minusve amanter quam vellent excipiantur a Nobis, hos iubete, Venerabiles Fratres, ad ea referre animum quae gesserunt Romani Pontifices decessores Nostri, qui nunquam passi sunt desiderari ab Armeniis paternae caritatis suae argumenta. Hi nimirum peregrinantes illos ad Urbem, vel ad se confugientes benigne semper complexi sunt, imo hospitales domos iis patere voluerunt. Gregorius XIII, ut scitum est, destinaverat animo ephebeum condere Armeniis iuvenibus recte instituendis: quod tamen, morte interceptus cum ille nequivisset efficere, ex parte praestitit Urbanus VIII, quippe qui cum ceteris exteris alumnis Armenios quoque recepit in collegium amplissimum ab se excitatum ad propagandam fidem. Nos autem, tempore licet iniquo, initum a Gregorio XIII consilium plenius exequi, Deo dante, potuimus, aedesque satis amplas ad S. Nicolai Tolentinatis Armeniis alumnis addiximus, eorumque collegium rite constituimus. Quae omnia sic acta sunt, ut Armeniae liturgiae et linguae, quam vetustas, elegantia et insignium commendat scriptorum copia, debitus haberetur honor; imo iamdiu cautum, ut ex Episcopis ritu vestro Romae perpetuo moraretur unus, cuius esset initiare sacris quotquot ex iis alumnis Dominus in sortem suam vocasset. Ad haec in Urbaniano collegio schola iampridem Armeniae linguae tradendae instituta fuit, et Pius IX Decessor Noster curavit, ut in gymnasio Pontificii Seminarii Romani praeceptor esset, a quo nostrates sermonem, litteras, historiam Armeniae gentis addiscerent. Neque huius Urbis finibus se continuit Romanorum Pontificum de Armeniis sollicitudo;

Ut omnis metus prorsus deponatur a parte Armeniorum,

Pontifex enumerat quædam præcipua Sedis Romanæ in ipsos benevolentiæ testimonia.

Recolit quæ Gregorius XIII, quæ Urbanus VIII,

immo quæ ipse egerit ad condendum ephebeum Armeniis in Urbe,

in quo liturgia Armeniorum, per proprium episcopum, Romæ degentem, servaretur.

Cathedram linguæ Armenicæ Romæ conditam eamque florentissimam testatur.

namque iis nihil fuit antiquius, quam ut Ecclesiam vestram difficultatibus, quibus esset implicita, eximerent, damna sarcirent eidem iniquitate temporum illata, eiusque commodis prospicerent. Obscurum est nemini Benedicti XIV studium ut sarta tectaque servaretur liturgia vestra non secus ac aliarum orientalium Ecclesiarum, atque ut catholicorum Armeniae Patriarcharum successio in Sisensi sede restitueretur. Exploratae vobis curae sunt Leonis XII et Pii VIII eo conversae, ut in urbe imperii Othomanici principe Armenii praefectum suae gentis haberent in civilibus negotiis, ad instar aliarum nationum, quae in eadem ditione sitae sunt. Recens demum memoria est rerum a Gregorio XVI et Pio IX gestarum, ut episcopales sedes in vestra regione augerentur, atque ut Armenius Antistes Constantinopoli esset honore et dignitate praestans. Quod primo factum est Archiepiscopali et Primatiali sede ibidem constituta, deinde unione decreta cum Patriarchatu Ciliciae ; ea lege ut Patriarchae in ea urbe domicilium esset, quae caput imperii est. Neve locorum distantia interiecta arctam coniunctionem extenuaret, quae Armenios fideles Romanae Ecclesiae devincit, provídenter constitutum est, ut Delegatus Apostolicus in eadem urbe esset, qui Romani Pontificis gereret vices. Quae Nobis de gente vestra cura fuerit, vos ipsi testes estis, Nosque vicissim testes sumus voluntatis erga Nos vestrae, cuius significationem non semel accepimus.

Recolit curas Benedicti XIV, Leonis XII, Pii VIII, Pii IX ad servandam in propria regione liturgiam armenicam, ad augendas episcopales sedes,

ad mittendum eo Apostolicum Delegatum.

Quare cum istinc populi ingenium, mos maiorum, omnis anteactae aetatis memoria Armenios a vobis seiunctos ad hanc veritatis arcem validius trahat quam ut longiori possint distineri mora ; hinc vero Apostolica Sedes semper contenderit coniunctissimam sibi habere nationem vestram, ac sicubi defecisset, ad pristinam communionem revocare ; sane vobis, Venerabiles Fratres, praegravia suppetunt argumenta ad suadendum, et Nobis ad bene sperandum, ut vetus coniunctio plenissime restituatur. Quod utique genti universae bene vertet non modo ad aeternam animarum salutem, sed et ad eam, quae pie optari potest, in terris prosperitatem et decus. Testatur enim historia, inter sacros Armeniae Antistites eos praefulsisse ceteris, uti splendida sidera,

Rationes exponit bene sperandi de reditu Armeniorum dissidentium ;

qui reditus ad bonum ipsius Armeniæ nunc ut olim mul-

qui Romanae Ecclesiae adhaeserunt arctius, maximamque fuisse iis saeculis nationis gloriam, quibus in ea catholica religio latissime floruit.

25 JULII 1888.

tum conferret.

Uti haec iuxta vota et ex sententia cedant unus praestare potest rerum omnium moderator Deus qui *quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit* (1). Ad Eum supplices Nobiscum adhibete preces, Venerabiles Fratres, ac dilecti filii, ut flexanima Eius gratia moti quotquot e gente vestra per baptismum ingressi in christianae vitae societatem seiunctum a Nobis coetum habent, impleant ad Nos reversi gaudium Nostrum, *idem* sapientes, *eamdem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes* (2). Contendite ut suffragatrix adsit apud gratiae thronum *gloriosa, benedicta, sancta, semper Virgo Deipara Maria, Christi mater* et offerat *preces nostras Filio suo et Deo nostro* (3). Deprecator cum ea adhibeatur martyr illustris Gregorius Illuminator, ut opus ab se laboribus invictaque cruciatuum perpessione inchoatum, divinae minister opis, perficiat solidetque. Denique et illud, Nostra praeeunte prece, deposcite ut Armeniorum docilitas reditusque ad unitatem catholicam exemplo et incitamento sit ceteris qui Christum quidem colunt, sed a Romana Ecclesia secesserunt, ut illuc redeant unde digressi sunt, fiatque unum ovile et unus Pastor.

Auxilium Dei atque almæ Virginis enixe efflagitat, necnon D. Gregorii Illuminatoris.

Utinam reditus Armeniorum reditum aliorum adhuc a Rom. Sed. sejunctorum præparet.

Haec dum votis et spe Nostra prosequimur, Apostolicam benedictionem, divinae benignitatis auspicem, Vobis, Venerabiles Fratres, vobisque universis, dilecti filii, effusa caritate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 25 Iulii 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII

1. S. Ambros. in Luc., c. IV. — 2. Philip., II, 2. — 3. Atiph. Liturg. Arm.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE USU CAPPAE MAGNAE ARCHIABBATI BEURONENSI CONCESSO.

31 JULII 1888.

Pontifex Congregationem Beuronensem O. S. B. ejusque archiabbatem D. Maurum Wolter egregii commendat.

QUUM probe Nobis cognitum perspectumque sit, quam eximia apud omnes opinione in Imperio Austro Hungarico et in Germania floreat Congregatio Ordinis S. Benedicti, et quam egregie de religione et Ecclesia, nominatim in civitatibus Pragensi, Beuroniensi et Secoviensi meruerit et in praesentiarum mereat, Nos annuendum censuimus precibus, quae Nobis admotae sunt, ut dilecto filio Mauro Wolter qui amplissimo munere Archiabbatis dictae Congregationis Beuroniensis integre fungitur, suisque in posterum successoribus concedere velimus Cappae Magnae privilegium, quo iam ex Apostolicae Sedis venia Solesmesii Archiabbas in Gallia fruitur. Quapropter Nos moti etiam suffragiis catholicorum Antistitum earum regionum, qui singulari commendatione eamdem Congregationem prosequuti sunt, omnes et singulos quibus Nostrae hae litterae favent peculiari benevolentia complectentes et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis et poenis quovis modo, vel quavis de caussa latis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, motu proprio atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine volumus, atque decernimus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus Archiabbas Beuroniensis Congregationis Ordinis S. Benedicti pro tempore existens Cappae Magnae, servatis servandis, usu fruatur. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et, quatenus

Archiabbati Beuronensi in perpetuum cappæ magnæ usum concedit.

opus sit, dictae Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 31 Julii 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

M. Card. LEDOCHOWSKI.

DECRETUM

DE AMPLIORI CULTU LITURGICO B. M. V. E ROSARIO EXHIBENDO.

5 Augusti 1888.

Recoluntur SS. D. Leonis XIII Encyclicæ de Rosario.

DIUTURNIS Ecclesiae acerbitatibus ac temporum quotidie invalescente difficultate commotus Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII cunctos a sui Pontificatus exordiis ubique christianos excitare non destitit ad Deiparam Virginem Mariam sacri Rosarii ritu colendam atque implorandam. Inter cetera, quae praeclare edocuit in sua prima de Rosario Encyclica (1 Septembr. 1883), ait : *Divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor, quam cum magnus Dominicus, ad publica sananda vulnera, Marialis Rosarii usum invexit. Ille vero caelesti pervidit lumine, aetatis suae malis remedium nullum praesentius futurum, quam si homines ad Christum, qui via, veritas et vita est, salutis per Eum nobis partae crebra commentatione rediissent ; et Virginem illam, cui datum est cunctas haereses interimere, deprecatricem apud Deum adhibuissent. Idcirco sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostrae mysteria ordine recolerentur, et huic meditandi officio mysticum innecteretur sertum ex angelica salutatione contextum, interiecta oratione ad Deum et Patrem Domini Nostri Iesu Christi. Nos igitur non absimili malo idem quaerentes remedium, non dubitamus quin eadem haec a beatissimo viro, tanto cum orbis catholici emolumento, inducta precatio, momenti plurimum habitura sit ad levandas nostrorum quoque temporum calamitates.* Pontificiae voluntati permagna animorum alacritate et concordia ubique locorum obtemperatum est, *ut luculenter apparuerit quantus religionis et pietatis ardor extet in populo christiano, et quantam in caelesti Mariae Virginis patrocinio spem universi reponant* (Encyclica 30 Augusti 1884). Huiusmodi porro spei veluti praeclarus fructus, iure nunc accenseri debet memorabile factum quod hoc anno, sacerdotii eiusdem Sanctissimi Domini Nostri quinquagesimo, Deus ostendit : mirandum profecto publicae religionis et fidei exemplum, pul-

Solemnis jubilæi sacerdotalis celebratio tamquam fructus hujus crescentis cultis describitur.

cherrimum honestissimumque pietatis certamen in toto christiano orbe inter omnigenas laetitiae significationes exhibitum. Omnes hominum ordines, vel ex dissitis terrarum partibus, gestierunt prosequi Pontificem Summum, beati Petri successorem, omni genere officii : legationibus, litteris, peregrinationibus etiam longinquis ultro susceptis, oblatisque ingenti numero et effusa magnificentia muneribus, de quibus verissime dictum est, materiam et opus propensione superari voluntatis. *Qua* scilicet *in re admirabiliter fulget Dei benignitas et virtus, qui in magnis Ecclesiae laboribus vires eius confirmat ac fulcit: qui pro nomine suo certantibus solatia tribuit: qui providentiae suae consilio ex malis ipsis uberem bonorum messem educit : fulget item Ecclesiae gloria, quae originis vitaeque suae vim divinam ostendit, ac divinum quo regitur vivitque, spiritum : quo fit, ut fidelium mentes et voluntates uno eodemque vinculo invicem, itemque cum supremo Ecclesiae Pastore iungantur.* (Allocut. Consistor. 25 novembr. 1887.)

Opportunum inde apparet ut adhuc augeatur.

Iamvero id perpendentes catholicorum gentes, dum inferorum portae quotidie audaciores fiunt in bello adversus Ecclesiam urgendo, probe sentiunt quantopere oporteat in potentissimam Dei Matrem augere fervorem, augere fiduciam, ut per Rosarii preces exorata, nomini Christiano et Apostolicae Cathedrae propitia succurrat : memores velle Deum donorum suorum continuationem atque implementum *non solum bonitatis suae, sed etiam perseverantiae nostrae esse fructum.* (Breve Apost. 24 Decembr. 1883.)

Igitur, decretis præcedentibus confirmatis, cultum de Rosario officio proprio cum missa *decorandum decernitur.*

Quapropter ad gratias agendas pro acceptis beneficiis, et pro concedendis enixius deprecandum, Beatissimus Pater, quae superioribus annis per suas Encyclicas et per sacrorum rituum Congregationis decreta (20 Augusti 1885 — 26 Augusti 1886 — 11 Septembris 1887) de salutaris sacri Rosarii ritu, praesertim toto mense Octobri celebrando, statuit et hortatus est ; eadem omnia hoc vertente anno fieri mandat ac vehementer hortatur. Et quoniam plura de ampliori cultu liturgico magnae Virgini sub titulo Rosarii exhibendo iam decrevit, novum addere adhuc volens incrementum, sacrum festum ejusdem Rosarii solemnitatis,

Dominicae primae Octobris adsignatum, *Officio proprio cum Missa* decoravit, illudque ab utroque Clero in posterum recitari praecepit, iuxta schema quod, a se recognitum et probatum, per eamdem sacrorum rituum Congregationem hac ipsa die edi mandavit.

Nonis Augusti, in festo Beatae Mariae Virginis ad Nives anno 1888.

D. CARDINALIS BIANCHI S. R. C. PRAEFECTUS

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

ALLOCUTIO

ad Card. Alimonda archip. Taurin. et ad eccles. viros ex omni Italia Romam peregrinantes.

DE TUENDIS APOST. SEDIS JURIBUS.

SIATE i ben venuti anche voi, figli carissimi, che rappresentate quest' oggi d' innanzi a Noi il Clero e le crescenti speranze delle Chiese di Italia. — Gli alti e nobili sensi che Ella, Signor Cardinale, a nome di tutti, Ci ha ora espressi, il numeroso vostro concorso e lo scopo che vi siete prefissi di ringraziamento al Signore per l' anno Nostro giubilare sono per Noi altrettanti motivi di viva compiacenza e di pienissimo gradimento. Conosciamo la devozione del Clero italiano verso il Pontefice, e l' unione perfetta che regna tra esso, i suoi Vescovi e la Sede Apostolica. — Noi alla volta Nostra portiamo a questo Clero particolare interesse ed affetto. Verso di esso abbiamo sempre mostrato le più sollecite cure, affinchè per la copia di una sana dottrina, per l' integrità della vita, per lo zelo delle anime, per lo spirito del più generoso sacrificio degnamente corrispondesse alla sua sublime missione. E Noi ardentemente desideriamo che esso ogni dì più si arricchisca e si adorni delle più elette virtù e che il suo ministero interamente consacri al bene del popolo italiano, istruendolo de' suoi doveri, riformandone i costumi, educandolo alle salutari pratiche della religione.

25 SEPTEMBRIS 1888.

Pontifex Em. Purpurati necnon cleri itali laudat fidem, devotionem.

Suum in clerum amorem testatur,

vota faciens ut muneri sacro strenue incumbat,

Ma oltre a questi doveri, un altro non meno grave gliene incombe nell' aspra lotta che sostiene la Chiesa all' ora presente ; quello cioè di essere e di mostrarsi, di fronte a tutti, costantemente devoto a questa Sede Apostolica, e di propugnarne, come possa meglio, le sacre ragioni. E su ciò intendiamo d' insistere oggi in modo speciale, volendo che sia questo l' ammaestramento precipuo che vi diamo in circostanza così solenne.

ut præsertim Apost. Sedis jura vindicet.

Nessuno di voi, dilettissimi figli, ignora con quante arti

Protestatur contra injurias et calumnias Sedi Romanæ illatas.

Nulla vera libertate gaudet.

si tenti oggidì di falsare le idee del popolo italiano, intorno alle attuali condizioni del Pontificato; con quali mezzi si cerchi di oscurare anche le più manifeste verità. — Si dice infatti e si ripete al popolo di continuo che al Pontefice è lasciata in Roma ampia e piena libertà, e che ne è rispettata l' autorità e la persona. Ma tutto il mondo sa e vede a quale indegna e intollerabile condizione è egli ridotto; in balìa e potere altrui, segno a dileggi, ludibrio della plebe. — Si osa inoltre affermare che le rivendicazioni del Pontefice sono dettate da spirito di ambizione e da cupidigia di mondana grandezza. Spostata così e rimpiccolita la questione, si argomentano costoro d' illudere più facilmente i semplici. — Ma ben più in alto sono rivolte le Nostre mire: in verità, è la grande causa della libertà e della indipendenza della Chiesa che ora si agita. — E voi, figli carissimi, anche per altrui ammaestramento, non vi stancate di ripetere altamente che la suprema potestà, di cui, per divina disposizione, è rivestito il Pontefice, di sua natura non può sottostare a qualsiasi terrena potestà; e che per essere veramente libero e indipendente, almeno nel presente ordine di Provvidenza, il Pontefice deve avere una reale sovranità; che infatti questa sovranità a favore di Lui fu dalla stessa Provvidenza per vie mirabili disposta, preparata, costituita; e quindi per lunghi secoli conservata in mezzo alle più svariate e contrarie vicende fino a' dì nostri. Il qual meraviglioso disegno di Provvidenza apparve sempre, più specialmente su Roma, che, prescelta ad essere la sede perpetua del Vicario di CRISTO, doveva offerire al Pontefice, in faccia al mondo, le più sicure ed evidenti condizioni di libertà. Così nessuna sovranità al mondo fu della pontificia più legittima nell' origine, più alta e veneranda per lo scopo, più lunga nella durata. — Gli avversari di questa sovranità furono sempre i nemici e i persecutori della Chiesa, e la guerra mossale negli ultimi tempi, a tutti è notorio che fu opera principalmente delle sètte congiurate ai damni della Chiesa.

Causam non suam superbe, sed veritatis magnanime tuetur.

Proclament igitur Itali fideles, Pontificem suprema potestate civili indigere ad munus summum libere et tuto obeundum.

Quod Providentia miris viis contulit.

Sacratissima est hæc potestas, quam qui oppugnant, hostes Ecclesiæ sunt.

Che nessuno di voi pertanto, che nessuno dei cattolici si lasci fuorviare, nè illudere. Diritti così sacrosanti, poggiati

27 SEPTEMBRIS 1888.

Tam divina jura possunt quidem ad tempus procella obrui, sed ut fortiora emergant.

sopra così solide fondamenta, sopravvissutti a tante vicende, connessi coi più grandi e vitali interessi della Chiesa e della civil società, potranno essere per qualche tempo manomessi e violati, ma non oppressi e conculcati per sempre. — Spesso fortunati eventi, favori ed appoggi di potenti sembrano dar piena sicurezza e baldanza ai nemici: ma il corso delle cose umane è sempre nelle mani della Provvidenza di Dio, che lo muta e dirige a sua posta, facendolo servire sempre alla maggior gloria del suo nome e al bene della sua Chiesa.

Nedum Italiæ noceat ea vindicando, ipsi magnopere Pontifex prodest.

Nè è da tenere in alcun conto la vieta accusa spesso da Noi recisamente respinta, che cioè, col rivendicare i diritti della Sede Apostolica, Ci mostriamo nemici del bene d' Italia. — Diciamo anzi che domandando si faccia una volta ragione a quei sacri ed imprescrittibili diritti, Noi lungi dal mostrarci nemici d' Italia, non facciamo che desiderarne il vero bene; volendo ciò che solo può procacciare alle nazione stabile tranquillità, e alle coscienze pace sicura.

Haud semel amice, etsi querens, Italiæ Pontifex locutus est.

Finalmente, non sappiamo bene a qual fine, recentemente fu detto che dal Vaticano non esce mai per l' Italia una parola amica. — Vana e stolta accusa anche questa. Fu parola amica aver Noi in più incontri ricordato all' Italia le grandezze e i beneficî innumerevoli che le provennero dalla Chiesa e dal Pontificato romano. Fu parola amica averle spesso inculcato di custodire gelosamente e fedelmente seguire le gloriose tradizioni degli avi suoi. — Fu parola amica averla a tempo messa sull' avviso sui deplorabili ed immanchevoli damni di cui le sarebbe stata funesta cagione la lotta sleale intrapresa per solo odio di setta contro la divina istituzione del Papato. — E quando, dal dovere costretti, levammo la voce contro leggi ed atti emanati a damno della religione e della Chiesa in Italia, anche quella fu voce amica, perchè intesa a conservarle pura e immacolata, qual prezioso tesoro, l' avita fede.

Italia e contra novis armis pacifico zelo respondit.

Ma quale in ricambio è il contegno che si richiede verso di Noi dalla parte avversa? Risponda, per tacer del passato, il nuovo codice che si discute, e le nuove leggi di persecu-

zione che si minacciano, dirette a sempre più inceppare la Chiesa, e ad allontanar sempre più la sua salutare influenza dalla scuola e da ogni ordine della civil società. — Ebbene, Noi, i sacri pastori, i fedeli, posti in così acerbe distrette, se da una parte col divino aiuto non falliremo giammai ai nostri doveri, non cesserèmo dall' altra d' innalzare più calde all' Altissimo le Nostre preghiere, affinchè a beneficio d' Italia, a salute degli stessi nostri nemici, non tardi a far risplendere la grandezza delle sue misericordie.

Utinam Deus Italiæ parcat, Ecclesiam tuendo.

Voi, figli carissimi, ispiratevi sempre a questi sentimenti. E con essi riportate ai vostri paesi anche la specialissima benedizione che, dal fondo del cuore, a pegno dei celesti favori, impartiamo a voi tutti qui presenti, al clero, alla gioventù avviata al Santuario e a tutto il popolo italiano.

Benedicit peregrinis.

MOTU PROPRIO

NOVAE DE ORDINANDA BIBLIOTHECA VATICANA LEGES IUBENTUR.

I OCTOBRIS 1888.

Pontifex testatur se vestigia decessorum suorum ingressum curas omnes in Vaticanam Bibliothecam contulisse.

AUGUSTUM sanctissimumque munus, quo romani Pontifices funguntur, maxime postulare ab iis videbatur, ut, quanto plura possent, monumenta litterarum colligerent, in quibus essent varii ingeniorum velut descripti cursus et a quibus praeteritorum temporum sapientia ac multiplicis eruditionis documenta, tamquam e perenni fonte, peti possent. Itaque peropportune providentissimeque decessores Nostri Bibliothecam in ipsis aedibus pontificalibus, suo et Apostolicae Sedis paratam usui exquisitis omnium disciplinarum voluminibus magno studio et ingenti sumptu locupletandam curaverunt. Pari consilio, nimirum ut ex tanta librorum supellectile maiores usque in Ecclesiae commoda fructus caperentur. Nos quidem vel ab ipsis Pontificatus exordiis cogitationes curasque Nostras in Bibliothecam Vaticanam contulimus. Cumque Nobis gnarum esset, scite graviterque plura statuta fuisse ad illius tutelam ornatumque a praedecessoribus Nostris inclytae recordationis Xisto V, Clemente XII, Benedicto XIV, Clemente XIII et Pio IX, eorum ingressi vestigia, cavimus ut ea servarentur : et per Constitutionem Nostram motu proprio editam V Idus Septembris anno MDCCCLXXVIII normas praescripsimus, quibus custodiae decorique eius plenius prospectum fuit, aucto officiorum numero, dataque scientiae cupidis copia commodius eam adeundi celebrandique. Nihilosecius resedit in animo Nostro cupido maius aliquid praestandi, quod honori esset Ecclesiae, sanaeque doctrinae utilitati et incremento. Scilicet Nos haud latebat, ferri passim nostra aetate homines studio inflammato ad historicas disquisitiones, ac pervestigandas intimas rerum gestarum caussas, eoque studio abuti religionis hostes ut offundant lumini historiae tenebras, eamve mendacio contaminent, ut fallacibus fabulis adiiciant fidem, demum ut calumnias insontibus inferant, virosque omnem promeritos

Ad incrementum studiorum historicorum, quibus hostes religionis nimis sæpe contra veritatem abutuntur, ape-

riendam doctorum inquisitionibus Bibl. Vat. duxit.

posteritatis laudem in contemptum et invidiam adducant. Sane ad has fraudes evertendas nihil aptius ac validius est, quam in aprico posita factorum veritas, ineluctabilibus testata monumentis litterarum et artium. Quum ingens eorum copia suppetat in Vaticana Bibliotheca, merito censuimus eo clarius lumen firmiusque praesidium ex illa peti posse ad illustrandam veritatem, ad tuendam rem catholicam, ad profligandos errores, quo largius instrueretur subsidiis omnibus ac ministeriis, quibus efficitur ne quid inconditum aut incompositum in ea sit, atque eruditis maximae praebentur opportunitates, quo facilior sit thesaurorum id genus exploratio.

Quem ad finem novas leges, jam experientia probatas, confirmat ac sancit,

Quum itaque id animo intenderemus, novas statuimus iubere leges de ordinanda Bibliotheca, deque officiis eorum qui ei praesunt vel ministrant, easque complexi Constitutione Nostra motu proprio edita die XII kalendas Apriles anno MDCCCLXXXV servari ad tempus praecepimus experiendi caussa. Iamvero triennium et amplius periculo facto, multa ex iis probavit experientia, nonnulla immutari suasit. Quibus sicuti opus erat emendatis, memoratas leges. confirmamus et sancimus Pontificia auctoritate Nostra, vimque legis perpetuae obtinere iubemus ex die ipsa his litteris Nostris adscripta.

Decernimus autem et expresse declaramus praesentes litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, quamvis non fuerint exhibitae, vel regestis exceptae in actis Camerae, aliusve Officii Apostolici; non obstante Pii IV Constitutione *de registrandis*, aliisque contrariis quibuscumque. Volumus insuper earumdem litterarum triplex exemplar fieri, quorum alterum custodiri iubemus in Regesto Abbreviatoris Nostri de Curia, alterum in tabulario Praefecturae Pontificalis Domus, tertium in peculiari Grammatophylacio Bibliothecae Vaticanae. Committimus autem Cardinali S. R. E. Bibliothecario et mandamus omnibus qui in Vaticana Bibliotheca officia gerunt, ut praedictis legibus pro sua quisque parte fideliter pareant, easque sedulo curent servari. Ceterum Nobis tantum et Nostris Successoribus *pro tempore*

ea Cardinali Bibliothecario,

specialiter et directe facultatem reservamus subrogandi derogandique iis legibus, si quid eiusmodi varia temporum ratio, rerumve adiuncta postulaverint; nec non facultatem dirimendi dubitationes omnes et difficultates, quas circa earum significationem vel usum, quum factis aptantur, suboriri contigerit.

1 OCTOBRIS 1888.

necnon suis successoribus ipsis commendans.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Octobris 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS.

REGOLAMENTO
DELLA BIBLIOTECA VATICANA.

PRIMA PARTE

ORDINAMENTO ORGANICO

1.

I. De ordine organico Bibl. Vat.

La Biblioteca Vaticana, creata ampliata ed arricchita dalla munificenza dei Papi per uso della S. Sede entro il recinto del Palazzo Vaticano, è una sacra proprietà della medesima.

2.

Il Sommo Pontefice ne commette l'alta direzione, col titolo e qualità di protettore, al Cardinale Bibliotecario di S.R. Chiesa.

3.

La Prefettura de' sacri Palazzi Apostolici provvede alla dotazione e alle spese pel suo materiale assetto e per la sua conservazione.

4.

Per l'immediata direzione, per l'andamento e servizio della medesima sono stabilite e retribuite tre classi di officî.

1.ª Sotto-bibliotecarî — Prefetti — Segretario; i quali sotto la presidenza del Cardinale Bibliotecario ed in unione ad altri membri spiecali formano il *Congresso direttivo;*

2.ª Scrittori filologi — ed Assistenti;

3.ª Inservienti.

5.

La nomina a tutti i sopra enunciati officî dipende dal Sommo Pontefice, il quale per quelli di 1.ª e 2.ª classe la communica per l'organo della Segreteria di Stato, e per quelli di 3.ª classe per mezzo della Prefettura Palatina.

DEL CARDINALE BIBLIOTECARIO

6.

È attribuita al Cardinale Bibliotecario l'alta superiorità e sorveglianza sui varî rami di questo pontificio istituto e su tutto il personale che vi appartiene. *De Cardinali Protectore.*

Sua cura principale è che da tutti sieno esattamente osservati i decreti e le ordinazioni emanate dai Romani Pontefici sulla biblioteca e che sieno acconciamente disposti e accuratamente custoditi i ricchi tesori e monumenti che vi si racchiudono.

A quest' effetto ha un gabinetto particolare nel recinto dell' edificio, ove può accedere e trattenersi a suo beneplacito.

7.

Esercita le prime parti di onore e corrisponde con gli alti dignitarî nelle cose riguardanti l'istituto; s'informa circa le regolari ammissioni degli estranei allo studio; partecipa ai subalterni le nomine e gli ordini pontificî, dà il possesso ai nuovi Officiali, si accerta che ciascuno adempia al proprio officio e richiama a dovere i negligenti.

8.

Prende parte, quando lo crede, alle adunanze periodiche del Congresso direttivo e vi presiede, e nei casi di urgenza straordinariamente lo fa convocare: esamina e fa esaminare dal medesimo le domande e i progetti su cui per ordine del Sommo Pontefice è richiesto il parere del Congresso; esamina parimenti l'annuo bilancio della biblioteca, le proposte di spese straordinarie per riparazioni ed acquisti, i progetti dei lavori d'illustrazione e di complemento alle collezioni, ed appone il visto ai relativi atti con quelle avvertenze che reputa del caso.

9.

Tratta in udienza col Sommo Pontefice le cose risguardanti la biblioteca, informa il medesimo sull' andamento e

servizio degl' impiegati, riferisce i miglioramenti proposti e giudicati dal Congresso direttivo confacevoli al buon indirizzo e incremento dell' istituto.

10.

In caso di assenza viene egli rappresentato nelle sue funzioni dai due Sotto-bibliotecarî, ciascuno per la parte che respettivamente gli è assegnata.

De ejusdem locum tenentibus.

DEI SOTTO-BIBLIOTECARI

11.

Le attinenze dei due Sotto-bibliotecarî, finchè non piaccia al Pontefice di riunirle in un solo soggetto, sono così partite. Ad uno è commessa la direzione dell'economia e della disciplina; all' altro quella dei lavori che concernono la parte scientifica e monumentale. A tale uopo accedono alla biblioteca nei giorni di apertura, per l'opportuna vigilanza e per compiere le loro parti.

12.

Il Sotto-bibliotecario, a cui spatta l'economia, s'occupa della amministrazione dei fondi destinati a dote della biblioteca. A tale effetto fa compilare il ruolo di tutti gl'impiegati e la tabella preventiva delle spese, e li sottopone ogni anno alla Prefettura Palatina col consuntivo. Prende cura dei lavori materiali occorrenti per la biblioteca, come pure degli acquisti deliberati ad incremento del patrimonio scientifico o a decorazione dell' edificio.

13.

In quanto alla disciplina egli ha lo speciale incarico di vigilare acciò che ogni impiegato faccia accuratamente il suo officio ; di richiamare al dovere i morosi e gl'indisciplinati, e di adottare verso i medesimi, con intesa del Cardinale Bibliotecario, gli opportuni provvedimenti.

14.

È commesso al Sotto-bibliotecario cui risguarda la direzione dei lavori che cuncernono la parte scientifica e monumentale di curare la compilazione regolare e completa degl'inventarî e cataloghi, e la sistemazione dell' archivio ; di dar mano e presiedere ai lavori di concetto ; rispondere alle consultazioni ; fare annotare i doni e nuovi acquisti, e ringraziare i donatori.

DEI PREFETTI

De custodibus vel Præfectis.

15.

Dei due Prefetti o *Custodi*, il primo risiede nel luogo, ritiene le chiavi degl' ingressi, è responsabile delle consegne e compie le prime parti verso tutti quelli che hanno accesso alla bibliotheca.

Il secondo lo coadiuva ed assente lo supplisce, specialmente nella sopraintendenza allo studio.

16.

Ambedue sono tenuti alla quotidiana e continuata presenza nelle ore di studio, ed in caso di legittimo impedimento hanno cura che la loro assenza non sia simultanea e che l'officio non rimanga senza assistenza.

17.

Vengono immessi al possesso della loro carica dal Cardinale Bibliothecario e dai Sotto-bibliothecarî con atto regolare di consegna, previa verifica di quanto si contiene nella biblioteca. Tale atto deve stendersi in doppio originale, l' uno de' quali si conserva dalla Prefettura Palatina e l' altro rimane nell' archivio della bibliotheca.

18.

Hanno pure le chiavi di tutti gli armadî ove si custodiscono le rare edizione, i manoscritti, i codici e le collezioni

artistiche e archeologiche. Eglino sono garanti che queste chiavi restino sempre sotto la loro custodia e niuno ne possa fare uso senza di loro. Parimenti hanno in consegna tutti i correspondenti indici ed inventarî: di quelli manoscritti e non ancora pubblicati non daranno comunicazione se non a persone debitamente autorizzate.

19.

Essi presiedono alla sala di studio; danno esecuzione ai rescritti di ammissione degli estranei rendendone informato il Cardinale Bibliotecario; ordinano l'estrazione e il trasporto dei volumi richiesti mediante l'assistenza di uno degl' impiegati; mantengono l' ordine, il silenzio, e l'osservanza del Regolamento.

20.

Invigilano acciò nelle ore di studio gli Scrittori ed Assistenti compiano le parti loro assegnate, e gli studiosi non abusino del ricevuto permesso, e non rechino alcuna alterazione o nocumento ai codici e ai volumi sopra cui s'aggirano i loro studî.

21.

Sopravvegliano alla mondezza e al buon assetto di tutte le aule, alla conservazione e integrità materiale di tutte le collezione e suppellettili, curando che gl' inservienti faccione puntualmente i loro ufficî di polizia e di rassettamento, e che qualunque guasto e deperimento sia prontamente riparato.

22.

Ai Sotto-bibliotecarî ed ai Prefetti per l'esercizio del loro impiego vien data speciale facoltà di leggere libri e codici proibiti. Saranno poi muniti di speciali istruzioni circa il poterlo permettere agl' inferiori impiegati ed agli estranei ammessi allo studio.

DEL SEGRETARIO

23.

Il *Segretario* sta agli ordini dei Superiori, attende a quanto spetta alla corrispondenza ed amministrazione. Stende i processi verbali del Congresso leggendoli nelle successive sessioni ; partecipa a chi si appartiene le deliberazioni del medesimo. Compila il diario ove si notano le vicende dell' Istituto, tanto nel materiale, che nel personale, non che il registro dei doni e degli acquisti. Conserva in officio i documenti finchè non siano collocati in archivio, del quale prende cura dietro consegna fattagli dai Sottobibliotecarî col relativo inventario.

DEGLI SCRITTORI

24.

Il corpo degli Scrittori filologi è di tre classi : *ordinarî*, *emeriti*, *onorari*. *De scriptoribus*

Gli *ordinari* sono destinati ai lavori bibliografici e ad opere illustrative e letterarie a servigio della biblioteca secondo le varie lingue dei codici che ivi esistono, cioè greca, latina, ebraica, siriaca, araba, slava ; e secondo la qualità dei pregevoli monumenti che in fatto di storia e belle arti ivi si conservano. *ordinariis*,

Gli *emeriti* sono quelli Scrittori ordinarî che dopo lodevole corso del loro officio sono dichiarati tali dal Sommo Pontefice. — Questi vengono esonerati dal servizio ordinario, ma prendono parte ai lavori ed alle consultazioni quando siano addimandati del loro concorso per volere del Santo Padre, o per deliberazione del Congresso. *emeritis*,

Gli *onorari* sono coloro che per insigni meriti sono decorati dal Sommo Pontefice di tale titolo senza obblighi particolari.

25.

Gli Scrittori *ordinari* sono tenuti alla presenza quotidiana per ore quattro nei giorni assegnati dal calendario. *honoris causa.*

Il loro servizio sia ad esclusivo profitto della biblioteca, segnatamente per la compilazione degl' indici e cataloghi; per la trascrizione o versione dei codici; per le occorrenti storiche e paleografiche illustrazioni; come anche per preparare i materiali delle deliberate edizioni e curarne la pubblicazione, secondo che verrà loro determinato dal Congresso direttivo.

DEL CONGRESSO.

26.

De conventu vel concilio.

Il Congresso direttivo sotto l' alta presidenza del Cardinale protettore discute e risolve gli affari più rilevanti dell' istituto; ha cura della conservazione dei monumenti; sopraintende alla compilazione dei lavori letterarii e alla loro pubblicazione, consentita che sia dal Sommo Pontefice. Quando per ordine del medesimo viene consultato sopra domande e requisiti di concorrenti, o sopra proposte di opere, di acquisti e provvedimenti per la bibliotheca, emette i suoi pareri ragionati e li rassegna al Superiore per cui mezzo furono richiesti.

25.

Fanno parte del Congresso i Sotto-bibliotecarî, i Prefetti e due altri membri nominati dal Sommo Pontefice fra gli Scrittori ordinarî ed emeriti, ed il Segretario. Dovendosi trattare cose relative ai Musei cristiano e numismatico, vi sara invitato il respettivo Prefetto.

28.

Il Congresso ordinariamente si aduna una volta al mese il primo Lunedì non impedito, senza bisogno di speciale convocazione. Il Segretario ne compila gli atti e li registra. Le deliberazioni si prendono a maggioranza di suffragi, previa matura e libera discussione: è riservata al Cardinale Bibliotecario la prerogativa del magis in caso di parità. Devono essere comunicate alla Prefettura dei SS. Palazzi le deliberazioni che riguardano provvedimenti

straordinarî, spese ed altro di pertinenza della medesima, la quale ne fa relazione al Sommo Pontefice per le sovrane risoluzioni.

29.

Gli Officiali superiori si adunano e si concertano fra di loro ogni qualvolta occorre, pel disbrigo degli affari correnti che risguardano i loro speciali offici ed il generale andamento dell' Istituto.

DEGLI ASSISTENTI

30.

Gli *Assistenti* sono in genere tenuti a prestare l'opera loro in qualsiasi lavore e incombenza riguardante l' istituto. Il Congresso direttivo deputa ciascuno di essi, secondo la rispettiva capacità, a materie speciali sotto la dipendenza dell' Officiale all' uopo designato. Le loro incombenze si riferiscono principalmente: — 1° all' assetto delle collezioni e compimento de' cataloghi — 2° all' ordinamento ed alla custodia degli stampati — 3° alla segreteria pei servizî di scritturazione e di amministrazione — 4° ai lavori paleografici — 5° all' estrazione, consegna, registrazione e al ritiro dei codici e libri occorrenti per lo studio — 6° all' accompagnamento di persone ragguardevoli che visitano la biblioteca.

31.

Gli *Assistenti* oltr' essere provati per integrità di principî religiosi e politici e per civiltà e onoratezza, devono essere forniti d' una relativa cultura letteraria e paleografica, ed altresì conoscere alcuna fra le lingue straniere che sono maggiormente in uso.

DEGL' INSERVIENTI

32. *De ministris.*

Per il servizio materiale dell' Istituto e degli annessi Musei, e per la custodia di tutto il vasto edificio, il numero

degl' inservienti viene accresciuto e stabilito in cinque *Bidelli* ed un *Portiere*. Uno fra questi eletto dal Congresso col titolo di *Decano* è responsabile della esatezza di tutti i servizii, compreso quello di guardia.

33.

Nel tempo di servizio essi indossano un vestiario uniforme fornito dalla Prefettura Palatina. Devono stare agli ordini dei Superiori e sotto l'immediata dipendenza dei Prefetti e Segretario, ed eseguire le proprie incombenze con tutta fedeltà, diligenza e cortesia, distinguendosi pel loro tratto rispettoso e civile, tanto verso i Superiori, che verso le persone che accedono alla biblioteca.

34.

È loro vietato di contrarre impegni sotto qualunque forma e per qualunque titolo con le persone, che si recano per lo studio o per le visite alla bibliotheca, e di pretenderne gratificazioni. Le regalie spontanee che venissero loro offerte andranno in commune, e saranno partite in eguali porzioni con la doppia in favore del Decano.

35.

Sono riguardati come inservienti straordinarii i legatori di libri, che provvisoriamente prestano l' opera loro nella biblioteca. Essi stanno sotto l'immediata dipendenza del Sotto-bibliotecario per la economia e dei Prefetti. Per le legature di codici antichi stampati, si useranno le seguenti cautele: — che tali lavori vengano eseguiti in luogo appartato entro il recinto della biblioteca — che niuna legatura si muti se può essere ristaurata — che la vecchia legatura sia conservata quando vi si riconosca interesse o pregio qualunque — che ai legatori si consegnino pochi volumi per volta prendendone nota in apposito registro — che le carte di risguardo recanti qualche scritto o qualsiasi artistico segno e vestigio sieno conservate nei loro luoghi — che la deliberazione delle legature sia prima approvata da Congresso direttivo.

36.

Per tutti i lavori occorrenti nella biblioteca s'impiegano d'ordinario i soli artisti dipendenti dalla Prefettura Palatina. Il Sotto-bibliotecario dell' economia ad essa si rivolge nei casi di bisogno.

37.

L'orario di apertura, presenza e studio, da osservarsi in avvenire, viene ampliato e stabilito secondo il nuovo *Calendario* annesso al presente regolamento.

38.

Nelle vacanze estive dal 1° Luglio al 30 Settembre quantunque s'intermettano i lavori ordinarî, non deve mancare un servizio ristretto di assistenza all'istituto per le contingenze e per i lavori straordinarî.

Un turno di due Assistenti e di un Bidello a cura del Congresso sarà stabilito, acciò faccia il detto servizio regolarmente sotto la direzione dei Prefetti.

SECONDA PARTE

ORDINAMENTO INTERNO

II. De ordine interno.

39.

De Ædibus.

Tutto il fabbricato e circuito delle sale destinate in vari tempi dai Sommi Pontefici alla biblioteca Vaticana e alle sue collezioni deve rimanere segregato e libero da altri usi e senza comunicazione e subalterni ingressi di altri officii.

40.

Quando le dette collezioni per la loro specifica importanza e pel continuato aumento non potessero coesistere nello stesso recinto senza scapitare del loro pregio artistico e senza recare impedimento alla disciplina e sicurezza della biblioteca, spetterà al Congresso direttivo di riferirne per

mezzo della Prefettura Palatina al Sommo Pontefice, il quale deciderà se e dove debbano essere ordinate in separati gabinetti e acconciamente disposte.

41.

Finchè non sia avvenuta la detta separazione, i presenti ordinamenti e le norme disciplinari della biblioteca si applicano anche alla custodia, conservazione e mostra delle collezioni sopradette.

42.

È interdetto d'introdurre in Biblioteca fuoco e sostanze infiammabili e di visitarla notte tempo.

43.

Il servizio di nettezza per tutto l'edificio si farà dagl'inservienti almeno una volta in ciascuna settimana ed anche straordinariamente se occorre, secondochè verrà loro ordinato dal Sotto-bibliotecario dell' economia e dai Prefetti ai quali ne è commessa la sorveglianza. Per la sala di studio, per la sala d'ingresso e pei gabinetti speciali dovrà farsi ogni giorno prima che abbia luogo l'apertura dello studio.

44.

Ad un bidello per turno è imposto il servizio quotidiano *di guardia*, che consiste nell' aprire la biblioteca mezz'ora prima, senza ammettervi alcuno sino all'ora dell' ingresso: esso prima di partire dovrà percorrere tutto l' edifizio, ed assicurarsi come ogni cosa si trovi in regola.

45.

Gli addetti alla Biblioteca nelle rispettive attinenze di officio sono mallevadori del danno e deperimento che avvenisse per loro malfatto e negligenza.

46.

Rimane fermo il Pontificio divieto, emanato sin dalla fondazione, di estrarre dalla biblioteca e trasferire altrove — non eccettuate le abitazioni entro i Sacri Palazzi — senza la debita licenza del Sommo Pontefice, qualunque volume manoscritto o stampato, qualunque scrittura, capo d'arte ed oggetto qualsiasi della suppellettile letteraria ed artistica ivi esistente. *De suppellectile.*

Resta pure in pieno vigore la pena della scommunica maggiore, riservata in modo espresso al Sommo Pontéfice, e confermata in tutti i Motu-proprii finora promulgati oltre le altre pene disciplinari e la riparazione del danno, contro coloro che contravvengono a questo divieto, dal quale non va esente alcuna classe di persone ancorchè costituite in alta dignità, e neppure lo stesso Cardinale Bibliotecario.

47.

Incorrono nella stessa pena coloro che ardiscono di estrarre pagine, di staccare fogli dai codici, oppure li alterano, li corrompono o ne radono i carratteri e le marche, od anche in qualche modo danneggiano con dolo gli stessi codici, i volumi, e gli altri oggetti sopradetti.

48.

Chiunque abbia ottenuto la Ponteficia licenza di estrazione deve esibire l'originale rescritto ai Prefetti, e nell'atto della consegna deve loro rilasciare analoga ricevuta da conservarsi insieme al rescritto nell'archivio: nell'atto poi della restituzione deve farsi esatto riscontro degli articoli consegnati, per accertarne la identità e interezza, restituendo od annullando la ricevuta.

I Prefetti terranno un registro di tali estrazioni all' effetto di eccitare i detentori alla riconsegna, qualora decorso un equo spazio di tempo, o cessato il motivo dell'ottenuto permesso venisse ritardata.

49.

Per gli Officiali dell'Archivio Vaticano vien confermata la speciale licenza loro concessa con l'articolo 36 del Motûproprio 1° Maggio 1884, di attingere notizie dalla biblioteca e di consultarne anche gl' indici e manoscritti pei loro studi. Ma quando avvenga di dovere estrarre ed asportare dalla medesima libri, codici ed altre scritture, dovranno attenersi alla norma ivi determinata, cioè previa intelligenza dei due Cardinali Bibliotecario e Archivista, e mediante scheda di richiesta e corrispondente ricevuta in iscritto.

50.

Tutti i codici e volumi sia manoscritti sia stampati, ed ogetti delle varie collezioni dovranno portare una numerazione inalterabile, e dove si può, una marca indelebile che ne designi la proprietà tassativa della Vaticana.

51.

Per l'accurata e più sicura custodia dei codici e delle collezioni, che si conservano in appartati scrigni ed armadii, sono prescritte queste ulteriori cautele : — doppio inventario, l' uno da conservarsi nell' archivio, e l' altro da servire per lo studio ; — doppia chiave, da ritenersi una in luogo cauto dal 1° Prefetto, e l'altra da lasciarsi in deposito presso la Prefettura de' SS. PP. AA.; — oltre la chiudenda esterna, rete di ferro munita da serrame per esporli all' aria e preservarli da tarlo ; — confronto coll'inventario almeno una volta l'anno in giorni di vacanza alla presenza dei Sotto-bibliotecarî e Prefetti; — assistenza d' uno dei Prefetti o d'altro impiegato da essi incaricato quando si devono estrarre a richiesta degli studiosi,e pronta chiusura degli armadî fatta che sia la estrazione; — vigilanza speciale, rigorosa consegna e custodia quando rimangono fuori di posto per causa di studio o legatura ; assistenza assidua di alcuno degli impiegati destinato dal Sotto-bibliotecario dell' economia, quando dai lavoranti si

fanno acconcimi con apertura di armadî e con estrazione degli oggetti che vi si contengono.

52.

Un' attenzione particolare porteranno i Sotto-bibliotecarî ed i Prefetti sopra manoscritti ed oggetti che minacciano deperimento, per ordinarne rispettivamente la trascrizione e il restauro, facendone scrupolosamente conservare i frammenti e le importanti legature, e corredando i residui di opportune note per l'interesse della storia.

53.

Nell' acquisto e nella permuta di codici, di stampati e di oggetti d'arte si avrà per norma, che sempre proceda una stima competente che ne faccia rilevare il pregio ed il valore intrinseco; che se ne consideri il vantaggio comparativo in riguardo alle collezioni esistenti nella biblioteca; che in ogni caso debba precedere il giudizio e la deliberazione del Congresso direttivo con l' approvazione del Cardinale Bibliotecario.

In casi di acquisto urgente e di non notabile spesa potranno i rispettivi Prefetti prendere gli opportuni concerti col Sotto-bibliotecario della economia.

54.

È per massima proibito di dilucidare i codici,di copiare le miniature, le lettere iniziali, gli ornati, e di cavarne eliotipie, fotografie o facsimili.

Le domande per ritrarre disegni o fotografie, e per fare altri lavori simili, che non rechino nocumento agli originali, dovranno essere dirette al Cardinale Bibliotecario il quale,ottenuto il voto del rispettivoPrefetto,potrà secondarle, rimettendo al Sotto-Bibliotecario della disciplina di determinare le norme e condizioni compatibili coll' interno regolamento, e di approvare l'artista che dovrà eseguirli.

55.

Dopo il compimento degl' inventarî e dei cataloghi di ciascuna collezione, sarà cura del Sotto-bibliotecario per gli studî e dei Prefetti, che vengano compilati *indici speciali* con illustrazioni delle pergamene, degli autografi, dei codici miniati, delle rarità bibliografiche, delle raccolte archeologiche ed artistiche, dei disegni e delle incisioni, delle carte idrografiche e geografiche e delle altre pregevoli specialità che si conservano nella Biblioteca.

56.

I Sotto-bibliotecarî ed i Prefetti volgeranno pure la loro sollecitudine all' ordinamento ed alla manutenzione delle numerose collezioni di libri stampati.

A questa importante sezione verranno adetti, a giudizio del Congresso direttivo, Scrittori ed Assistenti, i quali debbano recare a termine gl' indici della medesima, e tener dietro al suo movimento.

La disposizione delle predette collezioni acconciamente collocate nelle respettive sale non potrà essere dipoi variata senza una grave necessità e senza superiore approvazione, mantenendo in ogni caso l' unità e integrità di esse e la loro corrispondenza con i cataloghi e inventarî.

57.

De Bibliothecæ inservientibus.

Per gl' impiegati a servigio della biblioteca, oltre incensurabili qualità religiose e civili, si esige speciale cultura e fisica attitudine, secondo la qualità dell' officio.

58.

Quanto volte la proposta ai vari officî sia rimessa al Congresso direttivo, avrà luogo il sistema del concorso per requisiti, o per esame, secondo la natura dei medesimi.

Lo scrutinio ed esame deve in peculiar modo aggirarsi sul merito e sulla capacità intorno alla lingua, letteratura e disciplina a cui devono essere specialmente destinati. —

In tal caso, se per ordine del Sommo Pontefice il concerrente debba essere sottoposto ad esperimento, il Congresso direttivo presieduto dal Cardinale Bibliotecario vi assiste, invitandovi, se occorre, da reputati collegi e istituti altri professori o persone di provata perizia in quella lingua e dottrina; e previa discussione e segreta votazione di tutti gli esaminatori, fa relazione dell' esperimento col mezzo dello stesso Cardinale al Sommo Pontefice a cui è riservata la scelta.

59.

Fuori di quelli di ruolo, non possono essere amessi nella biblioteca altri impiegati senza speciale facoltà pontificia.

60.

Nelle ore di chiusura della biblioteca è vietato anche agli addetti alla medesima di trattenervisi senza permesso del Sotto-bibliotecario della disciplina e del primo Prefetto.

61.

È obbligo di tutti gl' impiegati di prestar l' opera loro per pubblicazioni e lavori a vantaggio e decoro dell' istituto, e per incarichi che d'ordine del Sommo Pontefice venissero loro commessi.

I lavori da pubblicarsi con autorizzazione del Pontefice a nome della biblioteca, prima di essere messi a stampa, debbono approvarsi da persona a ciò deputata dal Congresso.

62.

È ingiunto a tutti di mantenere il segreto in ordine ad atti e documenti riservati che si custodiscono in biblioteca, ed a lavori che vi si eseguiscono a servizio della Santa Sede. La violazione di tale segreto verrà riguardata come una mancanza grave di fedeltà in officio.

63.

Gli addetti alla biblioteca non possono senza speciale permesso ritenere l'officio di bibliotecarî, di archivisti e di custodi in altri istituti, ed è loro interdetto di fare traffico di manoscritti, di libri e stampe.

64.

La loro condotta nell' interno della biblioteca dovrà essere al tutto corretta e conformata ai regolamenti, ed anche al di fuori dovrà essere onorata e incensurabile, qual si addice ad impiegati del Pontefice e alla qualità dell' istituto a cui appartengono.

65.

Quelli che si rendono biasimevoli coi loro portamenti anderanno soggetti a misure anche di rigore secondo la gravità dei casi.

66.

La retribuzione assegnata agli Officiali ed inservienti della biblioteca viene stabilita dalla tabella esistente presso la Prefettura dei SS. Palazzi.

67.

Per ottenere che il quotidiano servizio di tutti gli impiegati riesca assiduo e diligente, viene ingiunto un registro di *presenza*, nel quale a cura dei Prefetti devono giornalmente notarsi i nomi degl' intervenuti e le ore del prestato servizio.

I permessi di assenza per legittime cause non eccedendi il periodo di giorni 15 si concedono dal Sotto-bibliotecario della disciplina : se per maggiore durata, occorre l' autorizzazione del Congresso ed il beneplacito del Cardinale Bibliotecario.

68.

Per le illegitime assenze e per le abituali negligenze in ufficio, verranno applicate misure disciplinari di ammonizione, o, secondo il caso, di ritenute sullo stipendio.

69.

Il Congresso deve tenersi informato dei lavori che si vanno eseguendo da ciascuno Scrittore ed Assistente, e nel Novembre deve da ognuno di essi esigere una relazione scritta di ciò che ha fatto durante l' anno.

Con questi ed altri elementi il Congresso forma la relazione, da rassegnarsi annualmente al Sommo Pontefice, sullo stato e andamento della biblioteca e servizio degli impiegati.

TERZA PARTE

III. De ordine studiorum ac visitationum.

ORDINAMENTO PER LO STUDIO E PER LE VISITE.

70.

De studiis.

La nuova sala attigua alla biblioteca, testè attuata e fornita di tutto il necessario, è destinata allo studio per gli scrittori e per gli estranei.

71.

Nei giorni e nelle ore di apertura designati dal nuovo calendario, la sala di studio sarà accessibile a tutti coloro che vi sono debitamente ammessi.

72.

In quanto all' accesso di estranei ed alle comunicazioni di materie di studio, i Prefetti abbiano presente, ed all' opportunità facciano palese quale è la mente dei sommi Pontefici nell' apprire ai privati la loro biblioteca ; cioè — — 1° che scopo unico è di favorire la ricerca della verità, l' incremento della religione e della sana scienza ; — 2° che le comunicazioni sono limitate ai monumenti, ai codici ed agli oggetti di arte, i quali formano la suppellettile più ricca e più pregevole della Biblioteca ; gli stampati, facili a trovarsi nelle pubbliche librerie, non si apprestano ordinariamente agli studiosi se non in quanto abbisognano per lo esame e confronto dei testi a penna ; — 3° che non si comunicano atti e documenti d' indole riservata per ragione

di pubblico interesse religioso e sociale, o riferentisi a persone viventi, o a fatti di recente data; — 4° che sta sempre in arbitrio del Pontefice di moderare, e secondo le contingenze anche sospendere e revocare il permesso di accesso e comunicazione a questo suo interno istituto.

73.

L'ammissione degli studiosi alla biblioteca si concede dal sommo Pontefice con particolare rescritto, o immediatamente, o per organo della Segreteria di Stato. Le domande devono essere dirette allo stesso Sommo Pontefice e presentate per mezzo della detta Segreteria, alla quale per cura del Sotto-bibliotecario della disciplina saranno tosto trasmesse quelle, che i postulanti credessero di depositare negli offici stessi della biblioteca.

74.

Nelle relative suppliche dovrà designarsi la qualità dello studio ed accennarsi lo scopo ed uso delle ricerche.

Le persone straniere o sconosciute dovranno inoltre presentare i titoli comprovanti le loro personali qualità.

75.

Ottenuta la licenza pontificia, i Prefetti ammettono i postulanti nella sala di studio, assegnano ad essi un posto, fanno porgere loro la scheda di domanda, nella quale ciascuno indica il codice o volume domandato, e mette la propria firma.

76.

Dei codici o volumi domandati i Prefetti ordinano la estrazione nel modo detto all' art. 19, e fattili col mezzo dei Bidelli trasportare alla sala di studio, li consegnano ai richiedenti dietro ricevuta per ciascun codice distaccata dalla matrice con indicazione dei connotati distintivi del medesimo.

77.

I codici, i volumi ed altri manoscritti ad un medesimo richiedente non si consegnano che uno per volta. Per consultarne contemporaneamente più insieme occorre un permesso speciale dei Prefetti, i quali prescriveranno le cautele nei singoli casi opportune.

78.

È ingiunto agli studiosi di usare la più scrupulosa diligenza nel trattare e svolgere i documenti che ricevono, badando di non soprapporvi oggetti e materie da insudiciarli o da nuocere alla loro integrità e conservazione, ed astenendosi dal farvi annotazioni, segni o cancellature.

79.

Per lavori anche innocui di disegno, facsimile, fotografia e simili dovrà starsi al disposto dell'art. 54, in virtù del quale devono in ciascun caso aver luogo domanda e autorizzazione speciale, ed opportune cautele secondo la qualità del lavoro.

80.

Quelli che osassero commettere sottrazioni a danno della biblioteca, ovvero che osassero staccar fogli, radere o adulterare i caratteri e le marche, o contraffare dolosamente o corrompere i testi, oltre l' azione penale e l'immediata espulsione ed interdizione di accesso, incorrono nella sanzione espressa negli art. 46 e 47 del presente regolamento, cioè nella scomunica maggiore riservata al Sommo Pontefice.

81.

Presiedono alla sala di studio i Prefetti; hanno sotto di sè un Assistente e due Bidelli per esercitare la debita vigilanza e l'occorrente servizio, e mantenere l'ordine ed il silenzio. Ad ognuno incombe di contenersi con tutti i riguardi di civile rispetto e urbanità : è vietata qualunque discussione, contesa, e qualsiasi molesto rumore.

82.

Non potranno i Prefetti permettere agli estranei di trattenersi nella sala di studio e nei locali della biblioteca fuori dei giorni e delle ore di apertura stabiliti dal calendario.

83.

È bensì in potere dei Prefetti di congedare dalla sala e interdire l'accesso a coloro che abusassero del ricevuto permesso, o contravvenissero alla disciplina ed ai regolamenti.

84.

Non è permessa la trascrizione di testi e documenti manoscritti per mezzo di estranei amanuensi. Quando gli studiosi intendano di farla di propria mano, ne domanderanno il permesso ai Prefetti, i quali sono in facoltà di esaminare il testo prima di annuire, e di esigere la revisione della copia, prima che sia estratta dalla biblioteca.

Se la trascrizione venga domandata direttamente alla biblioteca, i Prefetti vedranno se sia il caso di darne l'incarico ad alcuno degli addetti all'istituto per eseguirla, ovvero di provvedere altrimenti. Il lavoro sarà equamente retribuito.

85.

I Prefetti faranno notare in apposito registro le copie estratte, e raccomanderanno agli studiosi di esibire in dono alla biblioteca un esemplare della pubblicazione che essi faranno con notizie e documenti desunti dalla medesima.

86.

Al termine dell'apertura devonsi in ciascun giorno riprendere i volumi e codici dalle mani degli studiosi, ai quali non si rende l'atto di ricevuta, se non previa restituzione e verifica della interezza ed identità di ciò che era stato loro consegnato.

87.

Nella sala di studio è stabilito uno o più armadï guarniti, ove i Prefetti giornalmente fanno riporre dai Bidelli e provvisoriamente custodire i codici, e tutto ciò che serve allo studio. Le chiavi di questi armadi e la chiave duplicata degli scanni degli Scrittori devono custodirsi dal primo Prefetto.

88.

L'apparato telefonico testè messo in opera nell'ampio perimetro della biblioteca, è destinato esclusivamente ad agevolare l'interno servizio della medesima.

89.

I Superiori stabiliranno di concerto per i visitatori un orario consentaneo alla qualità del luogo, subordinato ai bisogni del servizio ed alla generale disciplina dei SS. Palazzi. Non sono ammesse visite nei giorni festivi e nelle ore in cui la biblioteca è chiusa per lavori straordinari. *De visitationibus.*

90.

Nelle ore destinate alla visita sono chiusi gli armadi, gli scrigni e le scancie a vetro, ove si custodiscono le varie collezioni, nè potranno aprirsi senza i Prefetti che ne conservano le chiavi.

91.

L'accesso dei visitatori deve a cura dei Prefetti essere ordinato in maniera, che non avvenga mai senza loro intesa, e che il Portiere od un Bidello rimanga sempre alla porta per introdurli e per ricevere la consegna de' bastoni, ombrelli ed oggetti che ai visitatori non è permesso di portare entro le aule : e che altri due Bidelli, e non meno, sieno destinati ad associarli, non dovendo per regola permettersi visite senza accompagnamento, ed in soverchia moltitudine da ingenerare confusione, ma a separati drappelli, evitando sempre inutili colloqui e prolungati tratteni-

menti. Ai visitatori di riguardo i Superiori stessi fanno cortese officio di compagnia, o deputano una guida erudita fra gli Scrittori od Assistenti.

92.

È obbligo degli accompagnatori d' invigilare attentamente che non si commettano sconci od abusi, che non si tocchino e non si estraggano oggetti dai loro posti, e che non si rechi alcun danno alla suppellettile,ai monumenti, ai mobili ed alle sale della biblioteca. In caso che ciò avvenisse, ne devono prontamente informare i Prefetti, i quali hanno pieno potere di fare espellere gli autori e adottare le opportune misure contro di essi.

Non sono ammessi i così detti ciceroni, o servitori di piazza a fare da guida ai visitatori.

93.

Tutti gli addetti alla biblioteca, essendone avvisati, sono tenuti ad intervenirvi anche fuori delle ore di servizio, quando ufficialmente accede il Sommo Pontefice, e quando per suo invito visitano la biblioteca sovrani, principi e personaggi ragguardevoli.

94.

Ciascuno dei Superiori, per la parte che lo riguarda, curerà la esatta osservanza del presente regolamento, essendo riservata al solo Sommo Pontefice la facoltà di derogarvi.

Resta abrogata ogni,anteriore disposizione che non fosse in conformità del medesimo.

CALENDARIO

per l' apertura e per lo studio e servizio

DELLA BIBLIOTECA VATICANA.

ORE

Ore quattro in ogni giorno ; cioè, dal 1 Ottobre a Pasqua di Risurrezione, *dalle 9 ant. all' 1 pom.;* — da Pasqua al 30 Giugno, *dalle ore 8 ant. al mezzodì.*

Calendarium dierum quibus Bibl. Vat. studentibus ac invisentibus pateat.

GIORNI

Lo studio ed il servizio è quotidiano, meno i giorni qui appresso notati.

VACANZE

In tutte le domeniche e giorni festivi di precetto.

In tutti i giovedì dell' anno.

Nelle feste natalizie, *dal 24 al 28 Dicembre.*

Nella festa della Cattedra di S. Pietro, *18 Gennaio.*

Dal giovedì avanti quinquagesima a tutto il mercoledì delle Ceneri.

Dal mercoledì santo sino al mercoledì dopo Pasqua inclusivo.

Nella stagione estiva, dal 1° Luglio al 30 Settembre.

Nei giorni anniversari dell' elezione e incoronazione del Sommo Pontefice.

Nel giorno anniversario della morte dell' ultimo Pontefice.

Nei giorni di Concistoro pubblico o semipubblico.

Dal giorno della morte del Sommo Pontefice sino all 'incoronazione del Successore.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Card. Lavigerie, arch. Carthag. et Alger.

DE OPERE AD TOLLENDAM AFRIC. SERVITUTEM SUSCEPTO.

17 OCTOBRIS 1888.

OPUS tibi sane magnum et arduum, urgente Nos caritate mandavimus : scilicet ut omnia fidenter experiri, quaecumque in tua essent potestate, velles, ad prohibendam tot miserorum in Africa servitutem. — Quod tamen ita suscepisti libens, ut facile appareret, qualem animum, ubi salus hominum agitur, quamque excelsum geras. Nunc vero ex litteris tuis intelleximus, et alacriorem te et ardentiorem ea in re quotidie fieri, ut vel summos pro eadem labores non modo non recusare, sed appetere etiam ac deposcere videaris ; propterea que non possumus, aut etiam non debemus continere Nos, quin his apud te litteris testemur, probari Nobis vehementer coeptus istos tuos, in quibus ipsis pro merito commendandis haud segnes extitisse Episcopos, et scimus et laetamur. Ceterum eum tibi optamus precamurque exitum, quem par est in caussa tam nobili bonaque consequi. — Atque initia quidem satis iubent confidere, si Deo placet, de reliquis. Consentiunt enim summi Europae Principes, quod anno MDCCCLXXVIII in conventu Berolinensi spoponderunt, obviam animosius eundum tam ingenti malo. — In privatis autem hominibus videmus plurimorum misericordiam litteris abs te ac sermone commotam : idque, ut epistola tua confirmat, non modo apud magnanimum genus cives tuos, sed etiam apud Belgas in alienarum solatia calamitatum et ipsos natura paratissimos ; et apud Britannos de mancipiis Aethiopum diu multumque meritos, et apud catholicos e Germania, de quorum pietate, quemadmodum etiam de Lusitanorum, nihil est tam magnum quod non iure expectemus. Pari autem propensione voluntatis et Italos et Hispanos fautores operis adiutoresque futuros, nullo pacto ambigimus. Si servitutis Afrorum indignissimae

Zelum Emin. Purpurati pro delenda Africana servitute Pontifex egregie laudat.

Conventus Berolinensis bonam jubet haberi spem ;

necnon misericordia omnium nationum commota, in liberalitatem parata.

teterrimaeque plenior aliquanto cognitio continuo inflammavit animos, et ad quaerenda remedia fecit alacres, humanitatis simul caritatisque christianae sensibus magnopere excitatis, non inepte coniicimus, quantum ex Europa approbationis gratiaeque hactenus impetravisti, tantumdem operae ac liberalitatis te posthac impetraturum. — Itaque non hortabimur te, neque enim hortatione indiget tam actuosa virtus, sed potius gratulabimur, quod pergas isto animo constantiaque, Deo auspice, coepta persequi.

Itaque ipsi gratulando, animum Cardinalis stimulat.

Certe nuspiam episcopalem caritatem tuam utilius collocaveris, nec ulla propemodum re merueris de christiano nomine melius. Est enim cunctorum aeque hominum, non minus christiano quam naturali iure, sancita libertas : Ecclesiamque si qui criminantur aut ullo tempore fuisse servituti conniventem, aut non satis de eadem tollenda laboravisse, ii nec gratos se, nec gnaros rerum probant, cum luculente historia loquatur quid hanc ad rem viri apostolici in ipsa Africa, quid ex urbe Roma, principe catholici orbis, summi Pontifices praestiterint.

Libertatis humanæ Ecclesia per sæcula strenua vindex.

Tu vero ne dubites quin rebus omnibus, quibus possumus, consilia Nos industriamque tuam simus adiuturi. Cuius voluntatis Nostrae quasi pignus habeto argenteos italicos nummos *ad ter centum millia :* quam tibi summam perhibentes destinamus, ut in collegia, seu *comitatus* abolendae Afrorum servituti institutos, opportune cures partiendam. Nihil profecto optatius esse Nobis potest, quam ferre opem hominibus tam inhumane vexatis : ipsosque ex omni gente catholicos, quorum eximia erga Nos, hoc nominatim anno, liberalitas extitit, nosse iuverit, munificentiae suae fructus huc etiam adhibitos, nimirum ad propulsandas tam immanes iniurias, tuendamque in tot fratribus nostris humanae personae dignitatem.

Pignus bonæ suæ voluntatis, ingentem pecuniam, jubilæi fructum, Purpurato Principi tribuit,

— Macte animo, dilecte Fili Noster, spemque maximam in parente ac servatore cunctorum hominum Deo repone ; cuius munerum auspicem paternaeque Nostrae benevolentiae testem tibi et clero populoque tuo universo Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

opus ipsius Apost. benedictione muniens.

Datum Romae apud S. Petrum die 17 octobris 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

ad fideles Neapolitanae Archidioecesis.

24 OCTOBRIS 1888.

Fidem Neapolitanam, antiquitus notam, hoc anno notissimam Pontifex laudat.

In molte occasioni ci fu dato conoscere ed apprezzare i sentimenti di devozione e di amore che il popolo napoletano professa alla Santa Sede e alla Nostra persona. Ma in un modo speciale lo conoscemmo in quest' anno, per la ricorrenza del Nostro Giubileo sacerdotale, quando in bel numero i cattolici di Napoli, insiene con tanti altri Nostri figli convenuti qui d' ogni paese, vennero a presentarci l' omaggio dei loro augurî e dei loro doni. — Vi vediamo in molto numero anche adesso mentre volge al suo termine l' anno giubilare; e come allora, così anche adesso accogliamo con vivo gradimento i sensi che questa circostanza ha posto sulle labbra del vostro Porporato Pastore; sensi d' inviolabile fedeltà a questa Sede Apostolica e di perfetta unione con Noi, di cui volete dividere non pur le gioie, ma anche i dolori e le amarezze.

Varios Italorum Romam concursus recolit.

La quale dimostrazione Ci riesce tanto più accetta, inquantochè viene ad aggiungersi alle altre molte e singolari che Ci furono date nel corso di questo anno dai cattolici di tutte le parti d' Italia. — Fu numerosissimo il pellegrinaggio generale dello scorso gennaio, fatto con vero slancio di fede, in mezzo a non lievi difficoltà e disagi: al quale altri non pochi successero di mano in mano da quasi tutte le regioni italiane, e recentemente quello del Clero. Tutti poi poterono essere testimoni con qual nobile e generosa gara tutte le città d'Italia, e prime tra esse le più grandi e le più illustri, abbiano contribuito allo splendido successo della mostra Vaticana. — Così l' Italia cattolica smentisce a fatti chi vorrebbe farla comparire nemica del Pontificato, e protesta contro quelli che da esso tentano di distaccarla. Memore anzi dei grandi beneficî che le vennero dai romani Pontefici, e delle glorie singolari di cui si coperse quando ai medesimi si mantenne fedele ed unita, in mezzo alle trepidazioni dell' ora presente bene addimo-

Unde apparet quantopere Italia mane Sedi Romanæ fida atque grata, quantopere Italia maneat.

stra di comprendere d' onde essa possa sperare scampo e salute. Deh! piacesse al cielo che tutti gl' italiani lo comprendessero; e piuttosto che fargli guerra, si consigliassero di circondare il Papato di quel rispetto e di ridonargli quella libertà che all' alto suo grado è dovuta! — Ma in quella vece, voi ben lo sapete, o dilettissimi, figli degeneri con ogni arte e studio si adoperano a combatterlo e ad avvilirlo: le quotidiane ingiurie e contumelie lanciate contro di Noi, che ne sosteniamo le ragioni, non hanno più oramai nè freno nè misura. Di tutto si abusa e da tutto si toglie pretesto; come avvenne delle parole che non ha guari rivolgemmo al pellegrinaggio del Clero, contro le quali più che mai si sfogarono lungamente le ire degli avversarî. Eppure in quelle parole nulla vi fu di nuovo: ciò che allora dicemmo, sempre lo abbiamo detto nel corso del nostro Pontificato. — Sempre abbiamo dichiarato la presente condizione incompatibile con la dignità e l' alta missione del romano Pontefice: sempre abbiamo ridomandato per la Santa Sede uno stato di vera libertà e di non illusoria indipendenza. Per questo altissimo scopo, e non per viste umane, sempre abbiamo rivendicato i sacri diritti del Pontificato ed una effettiva sovranità. Perchè adunque tanta violenza di attacchi e d' ingiurie? Solo perchè fatti e circostanze ben note hanno reso più fieri gli odî, più audaci i propositi contro tutto ciò che tocca le sacre ragioni della Chiesa e della Santa Sede. — E più che altrove la lotta infierisce qui in Roma, eccitata e sostenuta dallo spirito satanico delle sètte: qui, dove tutto parla dei Pontefici e della loro spirituale e temporale sovranità, si sono come concentrate le ire nemiche: qui, anche in circostanze solenni, non si ha ritegno di confermare con nuove offese usurpazioni e violenze che sono ancora nella memoria di tutti. E così, senza comprendere i veri ed alti destini di Roma, si fa prova di menomarne la grandezza, abbassandola alla semplice condizione di capitale di un regno; mentre pur nell' antica sua storia si rivela capo e regina del mondo; e predestinata da Dio Sede del Vicario di CRISTO, è e sarà sempre la capitale del mondo cattolico. — Ma sia quanto

Suorum officiis, Pontifex opponit injurias ab hostibus quotidie acceptas.

Confirmat orationem nuper ad clerum habitam.

Romam sectarum sedem factam queritur, pristinæ gloriæ vix memorem.

si voglia fiera la lotta, Noi conscii de' Nostri doveri, non abbandoneremo mai la difesa dei grandi interessi della Chiesa e della Sede Apostolica; ma con l'aiuto divino li propugneremo con tanto maggior costanza, quanto maggiore è lo sforzo dei nemici per oppugnarli.

Deo fisus, munus nunquam deseret.

E voi, figli carissimi, e con voi quanti sono cattolici, siate e mostratevi sempre di questa nobile causa costanti e non timidi amici; disertarla sarebbe viltà e somma sciagura. Se a suo danno vedete ora congiurati molti e potenti nemici, desiderosi di opprimerla, non per questo dovete essere voi men fiduciosi e fedeli. La causa della Chiesa è causa di Dio, il quale con provvidenza mirabile la scorge e le infonde quella forza invitta, che nè l' astuzia nè la violenza riuscirono mai a domare. Vi conforti al nobile còmpito la grazia celeste, e la benedizione Apostolica che di tutto cuore impartiamo a Lei, Signor Cardinale, a tutti qui presenti, a tutto il clero e popolo napoletano.

Et ipsi fortes causam Dei invictam agant, apostolica benedictione muniti.

DECRETUM

DE GRATIARUM ACTIONIBUS DIE 31 PROX. DECEMBR. SACR^mo CORDI JESU PERSOLVENDIS.

1 NOVEMBRIS 1888.

PLURES catholici orbis sacrorum Antistites supplicia vota Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII nuperrime porrexerunt expostulantes, ut omnes Ecclesiae filii, qui hoc anno, ad finem nunc properante. Eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Iubilaeum Sacerdotale ubivis unanimi et impensissimo dilectionis ac religionis studio concelebrarunt, iterum congregentur ad gratiarum actiones Sacratissimo Cordi IESU persolvendas, unde fluenta divinae misericordiae in omnes abundanter emanant. Hisce porro votis et precibus, quae et eximiae in Deum pietatis, et erga IESU CHRISTI Vicarium in terris filialis obsequii praestantissimum extant argumentum, ab infrascripto sacrorum rituum Congregationis Secretario relatis, Sanctitas Sua obsecundans, declarare dignata est a Se maxime probari et commendari, ut in Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus et aliis in quibus, de Reverendissimorum Ordinariorum consensu, placuerit, postrema die, nempe 31 proximi mensis Decembris, ad Divini Cordis cultum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicae fidelium adorationi per aliquod temporis spatium maneat expositum ; Beatae Mariae Virginis Rosarii quinque decades recitentur, ac demum post cantum hymni Ambrosiani, et *Tantum ergo*, additis Orationibus *Deus*, *cuius misericordiae*, — *Concede nos*, Collectis pro Papa et pro Ecclesia, populo cum Divina Hostia benedicatur. Singulis vero Christifidelibus rite confessis ac sacra Synaxi refectis, qui eiusmodi publicae deprecationi pie interfuerint, et dulcissimum Servatoris nostri IESU CHRISTI Cor pro gratiarum actione ut supra, nec non pro sanctae matris Ecclesiae et Apostolicae Sedis tranquillitate et pace ac pro peccatorum conversione cum fide et

Plurium antistitum votis obsecundans, SS. D. Leo XIII ultimo anni jubilæi die gratiarum actiones in toto orbe persolvendas commendat,

quarum modus præscribitur,

quibusque indulgentia plenaria adnectitur.

fiducia exoraverint, Beatissimus Pater Indulgentiam plenariam in forma Ecclesiae consueta, animabus quoque in Purgatorio detentis applicabilem, benigne concedit. De postulato autem, quod ab iisdem sacris Praesulibus simul exhibitum fuit, pro elevando annuo festo Sacratissimi Cordis IESU in tota Ecclesia ad ritum duplicis primae classis, Sanctitas Sua sibi reservavit.

Die solemni omnium Sanctorum, 1 novembris, anno 1888.

D. CARDINALIS BIANCHI S. R. C. PRAEFECTUS.

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

EPISTOLA

Archiep. et Episc. Americae

DE SUBVENIENDO ITALIS EODEM COMMIGRANTIBUS.

10 DECEMBRIS 1888.

Pontifex deflet atque describit ærumnas tum corporis, tum praesertim animæ in quas incurrunt miseri ex Italia in Americam quotannis turmatim commigrantes.

QUAM aerumnosa et calamitosa sit eorum conditio, qui ex Italia quotannis in Americae regiones ad vitae subsidia quaerenda turmatim commigrant, tam compertum vobis est, ut nihil attineat id fuse per Nos explicari. Imo vero mala, quibus illi premuntur, vos quidem ex propinquo intuemini, eaque, datis non semel ad Nos litteris, commemorata dolenter sunt a plerisque vestrum. Deflendum sane, quod tot miseri Italiae cives, solum mutare inopia coacti, in mala plerumque graviora incurrant, quam quae effugere voluerunt. Ac persaepe ad labores varii generis, quibus vita corporis absumitur, longe miserior adiungitur animorum pernicies. Prima ipsa demigrantium transvectio periculis plena ac detrimentis est : incidunt enim plerique in cupidos homines quorum quasi mancipia fiunt, et gregatim in naves coniecti, atque inhumane habiti, ad depravationem naturae sensim impelluntur. Ubi vero ad destinatas oras appulerunt, linguae et locorum ignari quotidianis operis addicti, improborum insidiis, et potentiorum, quibus sese manciparint, patent insidiis. Qui autem industria sua satis sibi parare potuerunt unde vitam tueantur, versantes tamen assidue inter eos, qui omnia ad quaestum et utilitatem suam referunt, nobiles humanae naturae sensus paulatim exuentes, eorum vitam vivere discunt qui omnes spes et cogitationes suas in terra defixerunt. Huc accedunt obvia passim irritamenta cupiditatum, fraudesque sectarum, quae istic late grassantur religioni infensae, et plerosque in viam trahunt quae ducit ad interitum.

Quæ mala longe graviora fiunt ex inopia sacerdotum

In his autem malis illud longe luctuosius est, quod in tanta multitudine hominum, amplitudine regionum, difficultate locorum, haud facile praesto esse iis potest ea, quae par

italicam linguam callentium.

esset, salutaris cura ministrorum Dei, qui italicae compotes linguae, ipsis verbum vitae tradant,sacramenta administrent, et opportuna subsidia impertiant, quibus eorum erigatur animus in spem bonorum caelestium, et vita spiritus sustentetur ac vigeat. Hinc multis locis rari admodum sunt ii, quibus sacerdos adsit morituris, non rari quibus nascentibus minister deest ad regenerationis lavacrum : plurimi sunt quibus nuptiae, nulla habita Ecclesiae legum ratione ineuntur, unde similis patribus propagatur proles, atque ita passim apud hoc genus hominum oblivione delentur christiani mores, pessimi quique inolescunt.

Pastoris boni munus exsequens in dupliciter suos, Pontifex consilio habendo committit consultationem de optimis ad hoc mala sananda remediis.

Haec omnia Nos reputantes animo, ac miseram tot hominum vicem dolentes, quos quasi oves pastore destitutas deerrare cognoscimus per avia, abrupta et infesta locorum, simulque cogitantes Pastoris aeterni caritatem et monita, Nostri muneris esse duximus, omnem quam possumus eis opem afferre, salubria pascua parare, ac omni qua datur ratione, eorum bono et saluti consulere. Quod eo libentius aggressi sumus, quod caritas hominum, quos eadem ac Nos regio tulit, ad id proniores faciat, ac certa spes teneat, nunquam defore Nobis studia vestra operamque adiutricem. Quapropter curavimus, ut in sacro Consilio christiano nomini propagando hac super re consultatio haberetur, eique mandavimus, ut quaesitis et diligenter expensis remediis, quibus tot mala et incommoda possint depelli, sin minus, allevari, quod maxime e re foret proponeret Nobis, utrumque spectans, ut animarum saluti prodesset, atque migrantium molestias, quatenus fieri posset, leniret. Cum vero caussa potissima invalescentium malorum in eo sit, quod infelicibus illis desit sacerdotale ministerium, per quod caelestis gratia impertitur et augetur, plures ex Italia presbyteros istuc mittere decrevimus,qui conterraneos suos noto solentur alloquio; doctrinam fidei ac vitae christianae praecepta doceant ignorata aut neglecta, sacramentorum apud eos salutari ministerio fungantur, succrescentem sobolem ad religionem et humanitatem informent, omnes demum ex quovis ordine, consilio ac ope iuvent, cunctisque foveant curae sacerdotalis officiis. Quo id commodius ac plenius

Conterraneis suis mittit sacerdotes Italos,

effici posset, per litteras Nostras 17 Kalendas Decembres anno superiore datas sub annulo Piscatoris, Apostolicum sacerdotum Collegium Placentiae episcopali in sede, curante Ven. Fratre Iohanne Baptista Placentinorum Episcopo constituimus, quo ecclesiastici viri, quos CHRISTI caritas urget, ex Italia conveniant, ut iis excolantur studiis, iis exerceantur muneribus eaque disciplina, per quam strenue et feliciter penes dissitos Italiae cives legatione pro CHRISTO fungantur, et idonei fiant dispensatores mysteriorum Dei.

10 DECEMBRIS 1888.

ad hunc scopum Collegio Placentiæ nuper instituto,

Inter alumnos autem huius Collegii, quod quasi Seminarium haberi volumus ministrorum Dei ad salutem Italorum Americam incolentium, iuvenes etiam a vestris regionibus, italis parentibus natos, recipi et institui volumus, modo in sortem Domini vocati sacris cupiant initiari, ut deinde sacerdotio aucti et istuc remeantes, sub vestra pastorali potestate, omnes quarum usus fuerit, Apostolici ministerii partes expleant. Neque vero ambigimus, quin et reduces isti paterna cum caritate excipiantur a vobis, itemque facultates impetrent opportunas sacri ministerii caussa in cives suos, monito parocho, exercendas: quippe ad vos venturi sunt quasi auxiliares copiae, ut sub auctoritate cuiusque vestrum, cuius in dioecesi versantur, sacrae militiae operam navent. Profecto in primo operis exordio tanta haec auxilia haudquaquam erunt, quanta res ac tempus flagitant, neque eorum qui mittendi sunt opera, par esse ita poterit numero et necessitatibus fidelium, ut singulis et remotioribus in locis sacerdotes constitui possint, qui curam animarum gerant. Quamobrem optimum factu censemus, si in dioecesibus, quae advenis ex Italia magis abundant, communia habeantur domicilia sacerdotum, qui exinde digressi circumiacentem regionem peragrent, et sacris expeditionibus excolant. Qua ratione autem, quibusve locis opportunius ea possint constitui, id erit prudentiae vestrae decernere. — Haec omnia quae Apostolicae Nostrae providentiae esse duximus, vobis hisce litteris significanda curavimus. Si quis autem ex vobis compererit sive sensu et iudicio suo, sive collatis cum Fratribus consiliis, aliquid praeterea

in quo juvenes bonæ spei ex ipsis Italis Americam incolentibus recipientur, inde ad suos tamquam optimi adjutores cleri reversuri.

Quo autem facilius necessitatibus dissitis satis fiat, suadet Pontifex ut sacerdotibus ad hoc opus validis domus communes aperiantur.

Consilia quævis utilia grate excipiet Pontifex.

praestari a Nobis posse ad eorum utilitatem et solatium, quorum caussa haec scribimus, sciat se Nobis gratum facturum, si de hoc ad sacrum Consilium fidei propagandae praepositum studiose retulerit.

Ad tantum opus sperat sibi fidelium opes non defuturas.

Ex hoc autem opere, quod ad curam et praesidium plurimarum animarum, omni catholicae religionis solatio carentium suscepimus, fructus Nobis pollicemur uberes, maxime, si accesserint, uti confidimus, ad illud sustentandum tuendumque fidelium, quorum pietati pares suppetant opes, studia et subsidia. — Caeterum adprecati Deum benignissimum, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, ut hisce coeptis propitius adspiret, ac prospera det incrementa, Apostolicam benedictionem intimae dilectionis testem vobis, Venerabiles Fratres, et universo Clero ac fidelibus, quibus praeestis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 10 decembris 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Archiepiscopo Turonensi,

DE OBSERVANTIA EPISCOPIS A LAICIS DEBITA.

EST sane molestum et grave, adhibere severius eos, qui loco filiorum diligantur: id tamen vel inviti quandoque faciant oportet, qui aliorum salutem procurare ac tueri sancte debent. Multoque severitatis tunc est necessitas maior, cum non sine caussa metuitur ne et graviora fiant incommoda productione temporis, et latius ad offensionem bonorum fluant. — Tales te caussae videntur, Venerabilis Frater, nuper impulisse, ut pro potestate in scriptum quoddam animadverteres, sane reprehendendum, quod esset in sacram Episcoporum auctoritatem iniuriosum, neque unum aliquem ex eis carperet, sed plurimos: quorum agendi regendique ratio sic erat acri descripta stilo et prope in iudicium vocata, quasi maximis sanctisque muneribus defuissent. — Profecto non est ullo modo ferendum, laicos homines, professione catholicos, palam in diariorum paginis tantum sibi arrogare, ut licere putent et contendant, de personis quibuslibet, non exceptis episcopis, liberrime, prout visum fuerit iudicare et eloqui: in rebus omnibus, nisi quae fidem divinam attingant, ita sentire uti libeat, et suo quemque arbitratu agere. — In hac caussa nihil esse potest, Venerabilis Frater, cur de assensione et approbatione Nostra dubites. Muneris enim Nostri maxime est vigilare et conniti, ut divina Episcoporum potestas omnino incolumis atque inviolata consistat. Nostrum est pariter imperare et efficere, ut ea ubique honore vigeat suo, neve quidquam a catholicis iustae obtemperationis et reverentiae ulla in parte desideret. Divinum quippe aedificium, quod est Ecclesia, verissime nititur, tamquam in fundamento conspicuo, primum quidem in Petro et successoribus eius, proxime in Apostolis et successoribus Apostolorum Episcopis: quos qui audit vel

17 DECEMBRIS 1888.

Pontifex testatur recte a Turonensi episcopo scriptum quoddam injuriosum fuisse damnatum.

Culpat libertatem scribendi et loquendi quam sibi quidam laïci arrogant.

Pontificis est vindicare honorem collegii Episcopalis, tantas in Ecclesia partes agentis.

spernit, is perinde facit ac si audiat vel spernat CHRISTUM Dominum. Ex Episcopis constat pars Ecclesiae longe augustissima, quae nimirum docet ac regit homines iure divino : ob eamque rem quicumque eis resistat, vel dicto audiens esse pertinaciter recuset, ille ab Ecclesia longius recedit (1). — Neque vero continenda obtemperatio est, quasi finibus, in rebus ad fidem christianam pertinentibus, sed multo amplius proferenda, videlicet ad res omnes, quascumque episcopalis potestas complectitur. Sunt illi quidem in populo christiano fidei sanctae magistri, at praesunt etiam tamquam rectores et duces, atque ita praesunt, ut de hominum salute, quos habent a Deo creditos, ipsi Deo ratio sit ab illis aliquando reddenda. Unde existit illa Pauli Apostoli ad christianos hortatio : *obedite praepositis vestris et subiacete eis ; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri* (2). — Liquet enimvero et perspicuum est, duplicem hominum esse in Ecclesia ordinem, alterum ab altero natura sua distinctum, pastores et gregem, id est rectores et multitudinem. Prioris ordinis munus est docere, gubernare, moderari vitae disciplinam, praecepta dare : alterius vero officium subesse, obsequi, praecepta sequi, honorem adhibere. Quod si, qui subesse debent, partes eorum qui sunt superioris ordinis sumant, illi non modo temere et iniuria faciunt, sed, quantum in ipsis est, ordinem ab auctore Ecclesiae Deo providentissime constitutum funditus pervertunt. — Si vero forte quisquam in ipso Episcoporum ordine reperiatur non suae satis memor dignitatis, qui religionem officii aliqua ex parte videatur deseruisse, nihil ipsi ob eam caussam de potestate sua decederet ; et quamdiu communionem cum romano Pontifice retinuerit, profecto ex eius ditione liceret nemini observantiam in eum atque obedientiam minuere. Contra inquirere in acta Episcoporum, eaque redarguere, nullo modo attinet ad privatos : verum ad eos dumtaxat attinet, qui sacro in ordine illis potestate antecedunt, praecipue ad Pontificem maximum, quippe cui CHRISTUS non agnos

Declarat quousque se extendat officium ipsis obtemperandi.

Munus utriusque in Ecclesia ordinis, pastorum et gregis, difinit.

Episcopus, usquedum non a Sedis Romanæ communione sejunctus est, jura in obedientiam sibi debitam servat ;

quem redarguere non privati, sed superioris Pastoris est,

1. Matth., XVIII, 17. — 2. Heb., XIII, 17.

modo, sed oves, quotquot ubique sunt, ad pascendum commiserit. Ut summum, in gravi aliqua conquerendi materia, concessum est rem totam ad Pontificem romanum deferre; id tamen caute moderateque, quemadmodum studium suadet communis boni, non clamitando aut obiurgando, quibus modis dissidia verius offensionesque gignuntur, aut certe augentur.

17 DECEMBRIS 1888.

præsertim supremi, ad quem, sed moderate, licet rem deferre.

Ita rerum capita, quae potissima sunt, nec convelli queunt, quin Ecclesiae regimen in magnam confusionem perturbationemque compellatur, non semel Nos commemorare habuimus et inculcare. Satis loquuntur et epistola ad legatum Nostrum in Gallia a te iterum commode evulgata, et aliae subinde ad Archiepiscopum Parisiensem, ad Episcopos Belgii, ad nonnullos ex Italia, binaeque litterae Encyclicae ad Episcopos tum Galliae, tum Hispaniae. Nunc ea ipsa documenta rursus commemoramus, rursus inculcamus, spe magna freti, fore quidem ex admonitione et auctoritate Nostra ut animorum motus apud vos per hos dies excitati resideant, confirmentur omnes et conquiescant in fide, in obsequio, in iusta debitaque eorum verecundia, qui sunt sacrae potestatis in Ecclesia compotes. — A quibus profecto officiis non ii solum putandi sunt declinare, qui rectorum auctoritatem aperta fronte repudient, sed ii non minus, qui adversentur et repugnent callide tergiversando et obliquis dissimulatisque consiliis. Obedientiae vera et non fucata virtus non est contenta verbis, sed in animo potissimum et voluntate consistit. — Quoniam vero culpa agitur certe cuiusdam ephemeridis, facere nequaquam possumus quin auctoribus ephemeridum catholicis iterum praecipiamus, ut documenta et praescripta, quorum supra est facta mentio, uti leges sanctas vereantur, neque ab eis ullo pacto discedant. Iidem praeterea hoc in animis persuasum habeant et defixum, se nimirum, si usquam praeterire illud propositum et iudicio suo indulgere non dubitent, sive praeiudicando quod Apostolica Sedes nondum censuerit, sive auctoritatem Episcoporum laedendo, sibique eam arrogando quam habere non possunt, frustra omnino confidere, germanam catholici nominis laudem retinere, aut

Pontifex, alia documenta commemorans idem docentia, ad pacem animos adhortatur.

Obedientia vera quæ sit.

Gravia iterantur monita auctoribus ephemeridum catholicis.

Episcopo, clero, populo Turonensi apost. bened. impertitur.

ullo modo prodesse caussae sanctissimae nobilissimaeque posse, quam tuendam ornandamque susceperunt. — Iam vero hoc Nos summopere optantes, ut ad sanitatem redeant quicumque erraverint, et obsequium sacrorum Antistitum in omnium animis penitus inhaereat, Apostolicam benedictionem, tibi, Venerabilis Frater, cunctoque Clero et populo tuo, paternae benevolentiae et caritatis testem, in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 17 decembris 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

ad S. R. E. Cardinales.

I SINGOLARI beneficî, di cui nel corso di quest'anno si è degnato il Signore di ricolmarci, Ci fanno sentire imperioso il bisogno di rendere alla divina bontà, sul finire dell' anno giubilare, le Nostre più devote ed umili azioni di grazie. — Dimostrazioni di fede e di devozione Ci vennero da ogni parte : la generosità dei piccoli gareggiò con quella dei grandi : la concordia di tutta la cattolicità nell' ossequio e nell' amore verso il suo Capo risplendette di vivissima luce : dovunque si ridestò più vivo l' interesse per la Nostra Persona e per la difesa dei sacri diritti della Sede Apostolica. — Abbiamo perciò con tutto il trasporto dell' animo accondisceso alla proposta, che da varie parti Ci fu fatta, di chiudere l' anno con atti di speciale e solenne ringraziamento. Ed ora vediamo col maggior gradimento che il Sacro Collegio, nell' atto di offrirci i suoi voti per le Feste Natalizie, unisce agli augurî i sensi di doverosa riconoscenza a Dio pei beneficî a Noi compartiti e a Lui rivolge per Noi ferventi preghiere.

24 DECEMBRIS 1888.

Pontifex gratias agit Deo, una cum Sacro Collegio, pro beneficiis singularibus anno jubilæi receptis.

Se non che, mentre è piaciuto al Signore di esserci largo di consolazioni e di conforto, negli arcani suoi consigli non gli è piaciuto di alleviare e di rendere men dura la Nostra condizione ; anzi ha permesso che si aggravasse. — Tutti vedono quale essa sia e a quali estremi si voglia spingere. È ora più che mai la guerra sistematica contro tutto che è cattolico. — Non vi è istituzione di tal natura cui, all' occasione, non si attenti con disposizioni o legislative o amministrative. Non sono rispettate nemmeno le pie fondazioni destinate a portare in lontani paesi, in un col nome italiano, i beneficî della fede ; non le fa sicure nemmeno il diritto meglio provato e riconosciuto dalle stesse supreme corti di giustizia ; chè tosto una nuova legge viene a rendere vana la vittoria. — Le imprese più meritevoli di essere sostenute per onore dell' umanità e della civiltà, come quella contro

Sed etiam queritur de crescente in dies furore hostium Ecclesiæ, quibus nihil sacrum, nihil pium.

la schiavitù e la tratta dei Negri, le vediamo sospettate e meno favorite per questo solo che sono promosse dalla Chiesa e dal Pontefice. — Contro la Santa Sede e la Nostra Persona tutto è permesso, fino agli scherni e le minacce della plebaglia. — I nemici hanno in mano tutte le armi per nuocere; e come non bastassero le antiche, ne hanno fabbricato a posta delle nuove e più terribili.

Hujus furoris ratio est missio divinæ Ecclesiæ,

E tutto questo perchè? La ragione vera è l'odio delle sètte contro la Chiesa cattolica, contro la sua divina missione e contro il potere spirituale del supremo suo Capo. — È questa una verità in più occasioni da non pochi de' nostri nemici apertamente confessata. Ma i più astuti fra essi per nascondere ancora l'empio divisamento, a pretesto delle odiose misure, non cessano di accampare la necessità che ha lo stato di difendersi contro il Pontefice, supposto nemico d'Italia. E nemico d'Italia lo dicono sol perchè fermo nella rivendicazione di una effettiva sovranità a tutela della sua indipendenza.

prætextus verò, defensio contra hostem Italiæ.

Sed contra.

Spesse volte abbiamo respinto la stolta ed indegna accusa come un'arte maligna, lungamente usata allo scopo d'inimicare gl'italiani al Pontificato. — Vano è tentare di persuadere chi erra di deliberato proposito: ma per la verità e per coloro che, anche tra' nostri nemici, non sono giunti a tanto, giova ripetere che il far ragione ai giusti reclami e rivendicazioni del romano Pontefice è anzi provvedere alla tranquillità e alla prosperità dell'Italia nella maniera più efficace e più conforme alle sue gloriose tradizioni. — No, non è avversare l'Italia volere che la più grande potenza morale che sia al mondo, abbia nel seno stesso d'Italia dove la Provvidenza da tanti secoli l'ha collocata, quella sovranità vera, per la quale non soggiaccia ad alcun estraneo potere, e agli occhi di tutti apparisca pienamente libera nell'esercizio della sua sublime missione. — No, non è cospirare contro l'Italia adoperarsi a raggiungere quest'intento. Una causa sì nobile sdegna di essere sostenuta per vie tenebrose e per mezzi meno leciti e onesti. I cattolici che la propugnano, convinti di volere con ciò il bene della patria loro più e meglio di qualunque

Nedum noceat, prodest maxime Italiæ supremam auctoritatem moralem in ipsa sedem habere.

Jus Pontificis palam propugnatur;

altro, dicono altamente quello che vogliono, ed agiscono alla gran luce del giorno, servendosi dei mezzi che le leggi consentono a tutti, la stampa, le proteste, le petizioni. — Si levano, è vero, con grido unanime, a favore dei Nostri diritti misconosciuti e conculcati, i Vescovi e i fedeli di ogni nazione; e questo è prova della grandezza e della vitalità con la quale si collegano strettamente gl' interessi religiosi, morali e sociali di tutto il mondo. — Ma non è vero che in questo concerto di voci taccia l' Italia cattolica. Quali siano i suoi sentimenti verso il Pontefice lo hanno dimostrato le migliaia e migliaia d' italiani venuti in Roma nell' occasione del Giubileo per attestare al Pontefice i sensi della loro devozione ed inconcussa fede. Quali siano i suoi veri sentimenti lo sanno gli stessi avversarî, i quali con destituzioni e minacce, con ogni genere di ostacoli, occulti e palesi, con nuove leggi espressamente sancite, non hanno avuto altra mira che di soffocare la voce dei cattolici italiani e d' impedire in avvenire ogni loro manifestazione a difesa della causa del Papato. — Ma non per questo essi la diserteranno, ne siamo certi. Siano pure potenti i nemici; sia pure che tutto sembri andare a seconda dei loro disegni, non è da perdere per questo la fiducia e il coraggio cristiano. — L' avvenire è in mano di Dio; e Noi in questi giorni di grazia e di salute ardentemente desideriamo che tutti i fedeli, concordi di mente e di volontà, si uniscano a Noi nel supplicare la divina clemenza pei grandi bisogni e della Chiesa e del mondo.

24 DECEMBRIS 1888.

ab orbe catholico universo proclamatur;

defenditur ab ipsa catholica Italia,

cujus vocem hostes premere conantur,

sed incassum.

Intanto, a testimonianza del Nostro particolare affetto ed a pegno delle più elette grazie divine, impartiamo a Lei, signor Cardinale, a tutto il Sacro Collegio, ai Vescovi e Prelati e a tutti qui presenti l' Apostolica benedizione.

LITTERAE ENCYCLICAE

DE VITA SANCTE INSTITUENDA.

30 DECEMBRIS 1888.

Pontifex grate recordatur solemnitates jubilæi, in quibus pignus unitatis Ecclesiæ ejusque vitalitatis salutat.

EXEUNTE iam anno, cum natalem sacerdotii quinquagesimum, singulari munere beneficioque divino, incolumes egimus, sponte respicit mens Nostra spatium praeteritorum mensium, plurimumque totius huius intervalli recordatione delectatur. — Nec sane sine caussa: eventus enim, qui ad Nos privatim attinebat, idemque nec per se magnus, nec novitate mirabilis, studia tamen hominum inusitato modo commovit, tam perspicuis laetitiae signis, tot gratulationibus celebratus, ut nihil optari maius potuisset. — Quae res certe pergrata Nobis perque iucunda cecidit : sed quod in ea plurimi aestimamus, significatio voluntatum est, religionisque liberrime testata constantia. Ille enim Nos undique salutantium concentus id aperte loquebatur, ex omnibus locis mentes atque animos in IESU CHRISTI Vicarium esse intentos : tot passim prementibus malis, in Apostolicam Sedem, velut in salutis perennem incorruptumque fontem, fidenter homines intueri : et quibuscumque in oris catholicum viget nomen, Ecclesiam romanam, omnium ecclesiarum matrem et magistram, coli observarique, ita ut aequum est, ardenti studio ac summa concordia. — His de caussis per superiores menses non semel in caelum suspeximus, Deo optimo atque immortali gratias acturi, quod et hanc Nobis vivendi usuram, et ea, quae commemorata sunt, curarum solatia benignissime tribuisset: per idemque tempus, cum sese occasio dedit, gratam voluntatem Nostram, in quos oportebat, declaravimus. Nunc vero extrema anni ac celebritatis renovare admonent accepti beneficii memoriam : atque illud peroptato contingit, ut Nobiscum in iterandis Deo gratiis Ecclesia tota consentiat. Simul vero expetit animus per has litteras publice testari, id quod facimus, quemadmodum tot obsequii, humanitatis, et amoris testimonia ad leniendas curas molestiasque Nostras consolatione non mediocri valuerunt, ita eorum et memo-

Quod pluries infra anni cursum egit, nunc eodem exeunte publice testatur : gratum usque beneficiorum acceptorum animum.

riam in Nobis et gratiam semper esse victuram. — Sed maius ac sanctius restat officium. In hac enim affectione animorum, romanum Pontificem alacritate insueta colere atque honorare gestientium, numen videmur nutumque Eius agnoscere, qui saepe solet atque unus potest magnorum principia bonorum ex minimis momentis elicere. Nimirum providentissimus Deus voluisse videtur, in tanto opinionum errore, excitare fidem, opportunitatemque praebere studiis vitae potioris in populo christiano revocandis. — Quamobrem hoc est reliqui, dare operam ut, bene positis initiis, bene cetera consequantur: enitendumque, ut et intelligantur consilia divina, et re ipsa perficiantur. Tunc denique obsequium in Apostolicam Sedem plene erit cumulateque perfectum, si cum virtutum christianarum laude coniunctum ad salutem conducat animorum: qui fructus est unice expetendus perpetuoque mansurus.

Sed et altius inde sumit consilium.

Obsequium in Apost. Sedem tum dignum fructum capit, si populi christiani vitæ ad meliora provehitur.

Ex hoc summo Apostolici muneris gradu, in quo Nos Dei benignitas locavit, patrocinium veritatis saepenumero, ut oportuit, suscepimus, conatique sumus ea potissimum doctrinae capita exponere, quae maxime opportuna eque re publica viderentur esse, ut quisque, veritate perspecta, pestiferos errorum afflatus, vigilando cavendoque, defugeret. Nunc vero, uti liberos suos amantissimus parens, sic Nos alloqui christianos universos volumus, familiarique sermone hortari singulos ad vitam sancte instituendam. Nam omnino ad christianum nomen, praeter fidei professionem, necessariae sunt christianarum artes exercitationesque virtutum ; ex quibus non modo pendet sempiterna salus animorum, sed etiam germana prosperitas et firma tranquillitas convictus humani et societatis. — Iamvero si quaeritur qua passim ratione vita degatur, nemo est quin videat, valde ab evangelicis praeceptis publicos mores privatosque discrepare. Nimis apte cadere in hanc aetatem videtur illa Ioannis Apostoli sententia, *omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitae* (1). Videlicet plerique, unde orti, quo

Quare, ad doctrinæ capita jam sæpenumero exposita nunc Pontifex addit monita de vita sancte instituenda, a qua pendent tum felicitas æterna, tum prosperitas temporalis.

Regnat hodiedum triplex concupiscentia.

1. I Ep., II, 16.

vocentur, obliti, curas habent cogitationesque omnes in haec imbecilla et fluxa bona defixas: invita natura, perturbatoque ordine, iis rebus sua voluntate serviunt, in quas dominari hominem ratio ipsa clamat oportere. —

Ejusdem genesis describitur.

Appetentiae commodorum et deliciarum comitari proclive est cupiditatem rerum ad illa adipiscenda idonearum. Hinc effrenata pecuniae aviditas, quae efficit caecos quos complexa est, et ad explendum quod exoptat inflammata rapitur, nullo saepe aequi iniqui discrimine, nec raro cum alienae inopiae insolenti fastidio. Ita plurimi, quorum circumfluit vita divitiis, fraternitatis nomen cum multitudine usurpant, quam intimis sensibus superbe contemnunt. Similique modo elatus superbia animus non legi subesse ulli, nec ullam vereri potestatem conatur: merum amorem sui libertatem appellat. *Tamquam pullum onagri se liberum natum putat* (1). —

Accedunt incitamenta peccandi ludi scenici, ephemerides, artes, semina morum perversorum.

Accedunt vitiorum illecebrae ac perniciosa invitamenta peccandi: ludos scenicos intelligimus impie ac licenter apparatos: volumina atque ephemeridas ludificandae virtuti, honestandae turpidini composita; artes ipsas, ad usum vitae honestamque oblectationem animi inventas, lenocinia cupiditatum ministrare iussas. Nec licet sine metu futura prospicere, quia nova malorum semina continenter velut in sinum congeruntur adolescentis aetatis.

Adde scholas publicas ab Ecclesiæ tutela avulsas;

Nostis morem scholarum publicarum: nihil in eis relinquitur ecclesiasticae auctoritati loci: et quo tempore maxime oporteret tenerrimos animos ad officia christiana sedulo studioseque fingere, tum religionis praecepta plerumque silent. Grandiores natu periculum adeunt etiam maius, scilicet a vitio doctrinae: quae sepe est eiusmodi, ut non ad imbuendam cognitione veri, sed potius ad infatuandam

necnon doctrinam philosophicam rationalisticam, materialisticam, imo atheisticam,

valeat fallacia sententiarum iuventutem. In disciplinis enim tradendis permulti philosophari malunt solo rationis magisterio, omnino fide divina posthabita: quo firmamento maximo uberrimoque lumine remoto, in multis labuntur, nec vera cernunt. Eorum illa sunt, omnia, quae in hoc mundo sint, esse corporea: hominum et pecudum easdem esse origines similemque naturam: nec desunt qui de ipso

1. Iob, XI, 12.

1 DECEMBRIS 1888.

summo dominatore rerum, ac mundi opifice Deo dubitent, sit necne sit, vel in eius natura errent, ethnicorum more, deterrime. Hinc demutari necesse est ipsam speciem formamque virtutis, iuris, officii. Ita quidem, ut dum rationis principatum gloriose praedicant, ingeniique subtilitatem magnificentius efferunt, quam par est, debitas superbiae poenas rerum maximarum ignoratione luant. — Corrupto opinionibus animo, simul insidet tamquam in venis medullisque corruptela morum ; eaque sanari in hoc genere hominum sine summa difficultate non potest, propterea quod ex una parte opiniones vitiosae adulterant iudicium honestatis, ex altera lumen abest fidei christianae, quae omnis est principium ac fundamentum iustitiae.

qua ipsa ratio virtutis pervertitur, quaque de sua superbia per ignorantiam punitur,

sanationis duplici ratione incapax.

Ex eiusmodi caussis quantas hominum societas calamitates contraxerit, quotidie oculis quodammodo contemplamur. Venena doctrinarum proclivi cursu in rationem vitae resque publicas pervasere : *rationalismus*, *materialismus*, *atheismus* peperere *socialismum*, *communismum*, *nihilismum :* tetras quidem funestasque pestes, sed quas ex iis principiis ingenerari non modo consentaneum erat, sed prope necessarium. — Sane, si religio catholica impune reiicitur, cuius origo divina tam illustribus est perspicua signis, quidni quaelibet religionis forma reiiciatur, quibus tales assentiendi notas abesse liquet ? Si animus non est a corpore natura distinctus, proptereaque si, intereunte corpore, spes aevi beati aeternique nulla superest, quid erit caussae quamobrem labores molestiaeque in eo suscipiantur, ut appetitus obedientes fiant rationi ? Summum hominis erit positum bonum in fruendis vitae commodis potiundisque voluptatibus. Cumque nemo unus sit, quin ad beate vivendum ipsius naturae admonitu impulsuque feratur, iure quisque detraxerit quod cuique possit, ut aliorum spoliis facultatem quaerat beate vivendi. Nec potestas ulla frenos est habitura tantos, ut satis cohibere incitatas cupiditates queat ; consequens enim est, ut vis frangatur legum et omnis debilitetur auctoritas, si summa atque aeterna ratio iubentis vetantis Dei repudietur. Ita perturbari funditus necesse est civilem hominum societa-

Enumerantur errores hisce ex causis defluentes, funesta sed logica quadam deductione : socialismus, communismus, nihilismus.

Ad quos totius societatis hostes comprimendos impar erit sola vis.

tem, inexplebili cupiditate ad perenne certamen impellente singulos, contendentibus aliis quaesita tueri, aliis concupita adipisci.

Sed sanabiles Deus fecit nationes,

Huc ferme nostra inclinat aetas. — Est tamen, quo consolari conspectum praesentium malorum, animosque erigere spe meliore possimus. Deus enim *creavit ut essent omnia, et sanabiles fecit nationes orbis terrarum* (1). Sed sicut omnis hic mundus non aliter conservari nisi numine providentiaque eius potest, cuius est nutu conditus, ita pariter sanari homines sola eius virtute queunt, cuius beneficio sunt ab interitu ad vitam revocati. Nam humanum genus semel quidem IESUS CHRISTUS profuso sanguine redemit, sed perennis ac perpetua est virtus tanti operis tantique muneris : *et non est in alio aliquo salus* (2). Quare qui cupiditatum popularium crescentem flammam nituntur opposito legum extinguere, ii quidem pro iustitia contendunt : sed intelligant, nullo se fructu aut certe perexiguo laborem consumptūros, quamdiu obstinaverint animo respuere virtutem Evangelii, Ecclesiaeque nolle advocatam operam. In hoc posita malorum sanatio est, ut, mutatis consiliis, et privatim et publice remigretur ad IESUM CHRISTUM, christianamque vivendi viam.

sua utique virtute,

nempe meritis Jesu Christi Redemptoris.

Remedium ab Evangelio, ab Ecclesia expectandum, tam publicæ quam privatæ vitæ.

Summa Christianæ vitæ est resistere naturæ pravæ.

Iamvero totius vitae christianae summa et caput est, non indulgere corruptis saeculi moribus, sed repugnare ac resistere constanter oportere. Id *auctoris fidei et consummatoris* IESU omnia dicta et facta, leges et instituta, vita et mors declarant. Igitur quantumvis pravitate naturae et morum longe trahamur alio, curramus oportet *ad propositum nobis certamen* armati et parati eodem animo eisdemque armis, quibus Ille, qui *proposito sibi gaudio sustinuit crucem* (3). Propterea que hoc primum videant homines atque intelligant quam sit a professione christiani nominis alienum persequi, uti mos est, cuiusquemodi voluptates, horrere comites virtutis labores, nihilque recusare sibi, quod sensibus suaviter delicateque blandiatur. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* (4) : ita ut consequens sit, Christi non esse, in quibus non exerci-

Qui voluptates sequuntur, vel labores fugiunt, Christi non sunt.

1. Sap., I, 14. — 2. Act., IV, 12. — 3. Heb., XII, 1, 2. — 4. Galat., V, 24.

4 Decembris 1888.

tatio sit consuetudoque patiendi cum aspernatione mollium et delicatarum voluptatum. Revixit enim homo infinita Dei bonitate in spem bonorum immortalium, unde exciderat, sed ea consequi non potest, nisi ipsis Christi vestigiis ingredi conetur, et cogitatione exemplorum eius mentem suam moresque conformet. Itaque non consilium, sed officium, neque eorum dumtaxat, qui perfectius vitae optaverit genus, sed plane omnium est, *mortificationem Iesu in corpore circumferre* (1). — Ipsa naturae lex, quae iubet hominem cum virtute vivere, qui secus posset salva consistere ? Deletur enim sacro baptismate peccatum, quod est nascendo contractum, sed stirpes distortae ac pravae, quas peccatum insevit, nequaquam tolluntur. Pars hominis ea, quae expers rationis est etsi resistentibus viriliterque per IESU CHRISTI gratiam repugnantibus nocere non possit, tamen cum ratione de imperio pugnat, omnem animi statum perturbat, voluntatemque tyrannice a virtute detorquet tanta vi, ut nec vitia fugere nec officia servata sine quotidiana dimicatione possimus. *Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, haec sancta synodus fatetur ac sentit, quae cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Iesu Christi gratiam repugnantibus, non valet ; quinimo qui legitime certaverit coronabitur* (2). — Est in hoc certamine gradus fortitudinis, quo virtus non perveniat nisi excellens, eorum videlicet, qui in profligandis motibus a ratione aversis eo usque profecerunt, ut caelestem in terris vitam agere propemodum videantur. Esto, paucorum sit tanta praestantia : sed, quod ipsa philosophia veterum praecipiebat, domitas habere cupiditates nemo non debet : idque ii maiore etiam studio, quibus rerum mortalium quotidianus usus irritamenta maiora suppeditat : nisi qui stulte putet, minus esse vigilandum ubi praesentius imminet discrimen, aut, qui gravius aegrotant, eos minus egere medicina. — Is vero, qui in eiusmodi conflictu suscipitur, labor magnis compensatur, praeter caelestia atque immortalia, bonis : in primis quod isto modo, sedata perturbatione partium, plurimum restituitur naturae de dignitate pristina. Hac enim lege est

Mortificatio non consilium, sed officium ; non perfectiorum sed plane omnium.

Baptismus delet peccatum, sed non stirpes.

Unde, docente Tridentino, manet lucta ad bene vivendum.

Lucta in summis heroica, necessaria in omnibus.

Laboris fructus sunt :

1. II, Cor. IV, 10. — 2. Conc. Trid. Sess. V, can. 5.

animi libertas,

atque hoc ordine generatus homo, ut animus imperaret corpori, appetitus mente consilioque regerentur: eoque fit, non dedere se pessimis dominis cupiditatibus, praestantissima sit maximeque optanda libertas. — Praeterea in ipsa humani generis societate non apparet quid expectari ab homine sine hac animi affectione possit. Utrumne futurus est ad bene merendum propensus, qui facienda, fugienda, metiri amore sui consueverit? Non magnanimus quisquam esse potest, non beneficus, non misericors, non abstinens, qui non se ipse vincere didicerit, atque humana omnia prae virtute contemnere. — Nec silebimus, id omnino videri divino provisum consilio, ut nulla afferri salus hominibus, nisi cum contentione et dolore queat. Revera si Deus liberationem culpae et errati veniam hominum generi dedit, hac lege dedit, ut Unigenitus suus poenas sibi debitas iustasque persolveret. Iustitiaeque divinae cum IESUS CHRISTUS satisfacere alia atque alia ratione potuisset, maluit tamen per summos cruciatus profusa vita satisfacere. Atque ita alumnis ac sectatoribus suis hanc legem imposuit suo cruore sancitam, ut eorum esset vita cum morum ac temporum vitiis perpetua certatio. Quid Apostolos ad imbuendum veritate mundum fecit invictos, quid martyres innumerabiles in fidei christianae cruento testimonio roboravit, nisi affectio animi illi legi obtemperans sine timore? Nec alia via ire perrexerunt, quotquot curae fuit vivere more christiano, sibique virtute consulere: neque igitur alia nobis eundum, si consultum saluti volumus vel nostrae singulorum, vel communi. Itaque, dominante procacitate libidinum, tueri se quemque viriliter necesse est a blandimentis luxuriae: cumque passim sit in fruendis opibus et copiis tam insolens ostentatio, muniendus animus est contra divitiarum sumptuosas illecebras, ne his inhians animus, quae appelantur bona, quae nec satiare eum possunt, ac brevi sunt dilapsura, thesaurum amittat non deficientem in caelis. Denique illud etiam dolendum, quod opiniones atque exempla perniciosa tanto opere ad molliendos animos valuerunt ut plurimos iam prope pudeat nominis vitaeque christianae: quod quidem aut perditae nequitiae est, aut

virtutes omnes.

Hæc lucta, qua christiani divino capiti assimilantur,

apostolos, martyres genuit, omnesque salutis sollicitos.

Muniendi proin animi contra concupiscentias.

segnitiae inertissimae. Utrumque detestabile, utrumque tale, ut nullum homini malum maius. Quaenam enim reliqua salus esset, aut qua spe niterentur homines, si gloriari in nomine IESU CHRISTI desierint, si vitam ex praeceptis evangelicis constanter aperteque agere recusarint? Vulgo queruntur viris fortibus sterile saeculum. Revocentur christiani mores: simul erit gravitas et constantia ingeniis restituta.

1 DECEMBRIS 1888.

Revocandus honor morum christianorum.

Sed tantorum magnitudini varietatique officiorum virtus hominum par esse sola non potest. Quo modo corpori, ut alatur, panem quotidianum, sic animae, ut ad virtutem confirmetur, nervos atque robur impetrare divinitus necesse est. Quare communis illa conditio lexque vitae, quam in perpetua quadam diximus dimicatione consistere, obsecrandi Deum habet adiunctam necessitatem. Etenim, quod est vere ab Augustino venusteque dictum, transcendit pia precatio intervalla mundi, divinamque devocat e caelo misericordiam. Contra cupiditatum turbidos motus, contra malorum daemonum insidias, ne circumventi in fraudem inducamur, adiumenta petere atque auxilia caelestia iubemur oraculo divino, *orate ut non intretis in tentationem* (1). Quanto id necessarium magis, si utilem dare operam alienae quoque saluti volumus? Christus Dominus, unigenitus Filius Dei, fons omnis gratiae et virtutis, quod verbis praecepit, ipse prior demonstravit exemplo: *erat pernoctans in oratione Dei* (2): sacrificioque proximus *prolixius orabat* (3). — Profecto longe minus esset naturae extimescenda fragilitas, nec languore mores desidiaque diffluerent, si divinum istud praeceptum minus iaceret incuria ac prope fastidio intermissum. Est enim exorabilis Deus, gratificari vult hominibus, aperte pollicitus, sua se munera large copioseque petentibus daturum. Quin etiam invitat ipsemet petere, ac fere lacessit amantissimis verbis: *ego dico vobis, petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis* (4). Quod ut confidenter ac familiariter facere ne vereamur, maiestatem numinis sui similitudine atque imagine temperat parentis suavissimi cui nihil potius, quam caritas

Sed ad hoc est impetrandum Dei auxilium,

Christo jubente verbo,

docente exemplo,

stimulante promissis.

1. Matth., XXVI, 41. — 2. Luc., VI, 12. — 3. Luc., XXII, 43. — 4. Luc., XI, 9.

liberorum. *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se* (1) ? — Quae qui cogitaverit, non nimium mirabitur si efficientia precum humanarum Ioanni quidem Chrysostomo videatur tanta, ut cum ipsa potentia Dei comparari illam putet posse. Propterea quod sicut Deus universitatem rerum verbo creavit, sic homo impetrat, orando, quae velit. Nihil est rite adhibitis precibus impetrabilius, quia insunt in eis quaedam velut moventia, quibus placari se Deus atque exorari facile patiatur. Nam inter orandum sevocamus ab rebus mortalibus animum, atque unius Dei cogitatione suspensi, conscientia tenemur infirmitatis humanae : ob eamque rem in bonitate et amplexu parentis nostri acquiescimus, in virtute conditoris perfugium quaerimus. Adire insistimus auctorem omnium bonorum, tamquam spectari ab eo velimus aegrum animum, imbecillas vires, inopiam nostram : plenique spe, tutelam atque opem eius imploramus, qui aegrotationum medicinam, infirmitatis miseriaeque solatia praebere solus potest. Tali habitu animi modeste de se, ut oportet, submisseque iudicantis, mire flectitur Deus ad clementiam, quia quemadmodum superbis resistit, ita humilibus *dat gratiam* (2). — Sancta igitur sit apud omnes consuetudo precandi : mens, animus, vox precentur : unaque simul ratio vivendi consentiat, ut videlicet per legum divinarum custodiam perennis ad Deum ascensus vita nostra videatur.

Efficacia orationis commendatur,

rationeque monstratur.

Tota hominis vita oratio sit.

Quemadmodum virtutes ceterae, ita haec etiam, de qua loquimur, gignitur et sustentatur fide divina. Deus enim auctor est, quae sint homini vera atque unice per se expetenda bona : itemque infinitam Dei bonitatem, et IESU redemptoris merita eodem auctore cognovimus. Sed vicissim pia precandi consuetudine nihil est ad alendam augendamque fidem aptius. Cuius quidem virtutis, in plerisque debilitatae, in multis extinctae, apparet quanta sit hoc tempore necessitas. Illa enim est maxime, unde non modo vitae privatorum petenda correctio est, sed etiam earum rerum iudicium expectandum, quarum conflictio quietas et securas

Fide genita, oratio fidem nutrit.

1. Matth., VII, 11. — 2. I Petr., V, 5.

esse civitates non sinit. Si aestuat multitudo immodicae libertatis siti, si erumpunt undique proletariorum minaces fremitus, si inhumana beatiorum cupiditas numquam se satis consecutam putat, et si quae sunt alia generis eiusdem incommoda, his profecto, quod alias uberius exposuimus, nihil subvenire melius aut certius, quam fides christiana, potest.

I DECEMBRIS 1888.

Ab imminuta fide procedunt hodiernæ societatis mala.

Locus admonet, ad vos cogitationem orationemque convertere, quotquot Deus ad sua dispensanda mysteria, collata divinitus potestate, adiutores adscivit. Si caussae indagantur privatae publicaeque salutis, dubitandum non est, vitam moresque clericorum posse plurimum in utramque partem. — Meminerint, igitur, se *lucem mundi* a IESU CHRISTO appellatos, quod *luminis instar universum orbem illustrantis, sacerdotis animam splendescere oportet* (1). Lumen doctrinae, neque illud vulgare, in sacerdote requiritur, quia muneris eius est implere sapientia ceteros, evellere errores, ducem esse multitudini per itinera vitae ancipitia et lubrica. In primis autem vitae innocentiam comitem doctrina desiderat, praesertim quod in emendatione hominum longe plus exemplo, quam peroratione proficitur. *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona* (2). Cuius divinae sententiae ea profecto vis est, talem esse in sacerdotibus perfectionem oportere absolutionemque virtutis, ut se tamquam speculum praebere intuentibus queant. *Nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt: cum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tamquam in speculam reliqui oculos coniiciunt, ex eisque sumunt, quod imitentur* (3). Quare si omnes caveant vigilanter oportet, ne ad vitiorum scopulos adhaerescant, neu consectentur res caducas appetitione nimia, apparet quando id efficere sacerdotes religiosius et constantius debeant. — Nisi quod nec satis est non servire cupiditatibus: illud etiam sanctitudo dignitatis postulat ut sibimetipsis acriter imperare assuescant, itemque omnes animi vires,

Ad quæ sananda præsertim conferunt clericorum vita moresque.

Eluceat sacerdos doctrina, innocentia.

Boni exempli virtutem Conc. Trid. proclamat.

Sacerdotem insuper, teste

1. S. Io. Crysost., *De Sac.*, I, 3, c. 1. — 2. Matth., v, 16. — 3. Conc. Trid. Sess. XXII, c. 1, de Ref.

Bernardo, sui dominum esse oportet, suique vacuum.

praesertim intelligentiam ac voluntatem, quae summum in homine obtinent locum, in obsequium Christi cogere. *Qui relinquere universa disponis, te quoque inter relinquenda connumerare memento imo maxime et principaliter abnega temetipsum* (1). Soluto ac libero ab omni cupidine animo, tum denique alacre et generosum studium concipient salutis alienae, sine quo nec satis consulerent suae. *Unus erit de subditis quaestus, una pompa, unaque voluptas, si quomodo possent parare plebem perfectam. Id omnibus satagent etiam multa contritione cordis et corporis, in labore et aerumna, in fame et siti, in frigore et nuditate* (2). Cuiusmodi virtutem semper experrectam et ad ardua quaelibet, proximorum gratia, impavidam mire fovet et corroborat bonorum caelestium contemplatio frequens. In qua sane quanto plus posuerint operae, tanto liquidius magnitudinem munerum sacerdotalium et excellentiam et sanctitatem intelligent. Iudicabunt illud quam sit miserum, tot homines per IESUM CHRISTUM redemptos, ruere tamen in interitum sempiternum : divinaeque cogitatione naturae in amorem Dei et intendent sese vehementius et ceteros excitabunt.

Inde oritur animarum zelus, quem corroborat cœlestium contemplatio.

Nil desperandum.

Est eiusmodi cursus ad salutem communem certissimus. In quo tamen magnopere cavendum, ne qui magnitudine difficultatum terreatur, aut propter diuturnitatem malorum de sanatione desperet. Dei aequissima immutabilisque iustitia et rectae factis praemia reservat et supplicia peccatis. Gentes vero et nationes, quoniam ultra mortalis aevi spatium propagari non possunt, debitam factis mercedem ferant in terris necesse est. Utique non est novum, successus prosperos peccanti civitati contingere : idque iusto Dei consilio, qui actiones laudabiles, neque enim est ulla gens omni laude vacans, eiusmodi beneficiorum genere interdum remuneratur : quod in populo romano iudicat Augustinus contigisse. Rata tamen lex est, ad prosperam fortunam omnino plurimum interesse quemadmodum publice virtus, ac nominatim ea, quae parens est ceterarum iustitia colatur. *Iustitia elevat gentem : miseros autem facit populos peccatum* (3). —

Justus Deus nationibus debita operibus bonis vel malis in terris reservat.

Inde justitiæ cultus ad bonum commune maxime efficax.

1. S. Bernard. *Declam.*, c. 1. — 2. S. Bernard. Lib. IV, *De Consid.*, c. 2. — 3. Prov., XIV, 34.

I DECEMBRIS 1888.

Nihil attinet considerationem hoc loco intendere in victricia facinora : nec exquirere, ullane imperia, salvis rebus suis et ad voluntatem fluentibus, gerant tamen velut in imis visceribus inclusum semen miseriarum. Unam rem intelligi volumus, cuius rei plena est exemplorum historia, iniuste facta aliquando esse luenda, eoque gravius, quo fuerint diuturniora delicta. Nos quidem magnopere illa Pauli Apostoli sententia consolatur, *Omnia enim vestra sunt : vos autem Christi, Christus autem Dei* [1]. Videlicet arcano divinae providentiae nutu sic rerum mortalium regitur gubernaturque cursus, ut, quaecumque hominibus accidunt, omnia Dei ipsius gloriae asserviant, itemque sint eorum saluti, qui IESUM CHRISTUM vere et ex animo sequuntur, conducibilia. Horum vero mater et altrix, dux et custos est Ecclesia : quae idcirco cum Christo sponso suo sicut intima atque incommutabili caritate copulatur, ita coniungitur societate certaminum et communione victoriae. Nihil igitur anxii Ecclesiae caussa sumus, nec esse possumus : sed valde pertimescimus de salute plurimorum, qui, Ecclesia superbe posthabita, errore vario in interitum aguntur : angimur earum caussa civitatum, quas spectare cogimur aversas a Deo, et summo rerum omnium discrimini stolida securitate indormientes. *Nihil Ecclesiae par est.... Quot Ecclesiam oppugnarunt, ipsique perierunt ? Ecclesia vero caelos transcendit. Talis est Ecclesiae magnitudo : vincit impugnata, insidiis appetita superat..... luctatur nec prosternitur, pugilatu certat, nec vincitur* [2]. Neque solum non vincitur, sed illam, quam perenni haustu a Deo ipso derivat, emendatricem naturae et efficientem salutis virtutem conservat integram, nec ulla temporum permutatione mutabilem. Quae virtus si senescentem vitiis et perditum superstitione mundum divinitus liberavit, quidni devium revocabit ? Conticescant aliquando suspiciones ac simultates : amotisque impedimentis, esto iurium suorum ubique compos Ecclesia, cuius est tueri ac propagare parta per IESUM CHRISTUM beneficia. Tunc enimvero licebit experiendo cognoscere, quo lux Evangelii

Sed in iustis flagellis, Deus suam attingit gloriam, bonorumque felicitatem,

teste Paulo,

necnon Ecclesiæ, sponsæ Christi.

Mali intereunt,

Ecclesia autem invicta — teste Chrysostomo — nihil de virtute salutifera amittit.

Libertate proin plena polleat, ut, ad quæ prosit, ostendere valeat.

1. I Cor., III, 22-23. — 2. S. Io. Chrys. Or. post. Eutrop. captum habita n. 1.

Redit Pontifex ad spem ex jubilæo conceptam.

pertineat, quid virtus Christi redemptoris possit. — Hic annus, qui est in exitu, non pauca, ut initio diximus, reviviscentis fidei indicia praetulit. Utinam istiusmodi velut scintilla crescat in vehementem flammam, quae, absumptis vitiorum radicibus, viam celeriter expediat ad renovandos mores et salutaria capessenda. Nos quidem mystico Ecclesiae navigio tam adversa tempestate praepositi, mentem animumque in divinum gubernatorem defigimus, qui clavum tenens sedet non visus in puppi. Vides, Domine, ut undique eruperint venti, ut mare inhorrescat, magna vi excitatis fluctibus. Impera, quaesumus, qui solus potes, et ventis et mari. Redde hominum generi pacem veri nominis, quam mundus dare non potest, tranquillitatem ordinis. Scilicet munere impulsuque tuo referant sese homines ad ordinem debitum, restituta, ut oportet, pietate in Deum, iustitia et caritate in proximos, temperantia in semetipsos, domitis ratione cupiditatibus. Adveniat regnum tuum, tibique subesse ac servire ii quoque intelligant oportere, qui veritatem et salutem, te procul, vano labore exquirunt. Inest in legibus tuis aequitas ac lenitudo paterna : ad easque servandas ultro nobis ipse suppeditas expeditam virtute tua facultatem. Militia est vita hominis super terram, sed ipse *certamen inspectas, et adiuvas hominem ut vincat, et deficientem sublevas, et vincentem coronas* (1).

Christum navigii Ecclesiæ gubernatorem adprecatur ut tempestati imperet,

regnumque suum pacatum advenire faciat.

Atque his sensibus erecto in spem laetam firmamque animo, munerum caelestium auspicem et benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque catholico universo Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum ipso die natali D. N. IESU 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

2. Cf. S. Aug. in Ps. 32.

EPISTOLA

ad Abbates et priores

Monasteriorum Ordinis S. Benedicti in Austria,

DE UNITATE ORDINIS IBIDEM PROCURANDA.

GRATULATIO unanimis quae a vobis, dilecti filii, et a religiosis sodalibus quibus praeestis Nobis facta est, quod annum ab inito sacerdotio quinquagesimum sospites impleverimus, haud mediocre Nobis attulit solatium et gaudium. Atque eo iucundius Nos affecit ea egregiae voluntatis significatio, quod ab Ordine proficisceretur diu de Ecclesia multumque merito : qui ad expoliendos gentium mores civili cultu et humanitatis artibus cum religione coniunctis utilem ac praestantem operam contulit. Quare amoris testimonia per vos exhibita grata recordatione prosequimur, et digna agnoscimus quibus parem rependamus paternae caritatis vicem. Ex quo fit ut Nobis gaudeamus iampridem cogitationes Nostras fuisse conversas ad provehendas rationes Ordinis vestri, simulque optemus illud ubique penes vos induci, sine quo id quod gessimus perfectum ac frugiferum esse non potest. Nostis scilicet, dilecti filii, restitutum a Nobis in Urbe fuisse antiquum S. Anselmi collegium, ubi Ordinis vestri alumni sincerum haurirent Sancti Parentis sui spiritum, et prope hanc veritatis Cathedram sacras disciplinas docerentur. Proinde hoc opus non modo eo spectabat ut solidae doctrinae laus, qua vester Ordo ab exordiis suis iure gloriatur, eidem illibata maneret ; sed eo praecipue ut alumni perciperent penitus atque incorruptam servare assuescerent eam vitae disciplinam, quae ab immortali Ordinis conditore tradita est. Iam vero ut hoc opus finem suum attingat, necesse est parem, imo eamdem in Monasteriis omnibus vigere disciplinam, ita ut nihil in iis differat, nihil intersit. Secus alumni, quos istinc etiam missum iri

30 DECEMBRIS 1888.

Pro gratulationibus ab Ordine S. Ben. acceptis,

Pontifex grata vice,

ad bonum ejusdem Ordinis procurandum sese iterato confert.

Recolit Collegium S. Anselmi a se restitutum, ejusque scopum duplicem exponit scientiæ ac disciplinæ promovendæ.

Cujus alterius scopi ratio postulat, ut quædam in Austriacis monasteriis vigeat disciplinæ unitas,

confidimus, quum ad suos erunt redituri, diversum nacti spiritum vitaeque genus non se in suas recipi familias autumabunt, sed advenarum instar versari inter alienissimos. Gravior praeterea Nos urget ratio, ut curemus ea tolli discrimina, quae efficiunt ne monasteria vestra paribus regantur institutis. Nam dum ante oculos posita habemus bona multa, quae in Austriaco Imperio praestantur a viris

summe, ad augendas vires, monachis optabilis,

lectissimis vestri Ordinis in curanda animarum salute, in iuvenilis aetatis institutione, in scientiis provehendis rerum divinarum et humanarum, cernimus simul illud desiderari quod ad augendas singulorum et universorum vires plurimum confert, nempe ut monasteria eiusdem regionis sociata sint communi vinculo unius Congregationis, quae ea suo complexu contineat. Atqui eiusmodi coniunctio semper habita est tutissimum monasticae vitae firmamentum, eaque

uti testatur ipsa Ordinis benedictini historia.

fructus gignit uberrimos in aliis Ordinis monasteriis, quae in Germania, in Hungaria, in Anglia, in Italia, in Helvetia et in transmarinis regionibus sita sunt. Scitum est autem, familias plures in Congregationem non posse coalescere nisi par eademque in omnibus vitae disciplina servetur. Quamob-

Quare Pontifex injungit Abbatibus et Prioribus, ut consulant inter se de mediis ad hanc majorem unitatem procurandam opportunis, eadem ipse probaturus.

rem ut istuc curas vestras, dilecti filii, Nobiscum intendatis necessum esse prorsus, nedum magnopere expedire, censemus. Vestrum enim est prae ceteris viam et rationem agnoscere, qua communis disciplina in singula Austriae monasteria possit induci, quippe experientia edocti quid res et tempus postulent, optime perspicitis quomodo sancta Ordinis regula locorum ac temporum conditioni adtemperari valeat, quin de illius natura et vi quidpiam detrahatur. Nos autem malumus auctoritate Nostra probare quod optimum factu prudentia vestra censuerit, quam quod Nobis placuerit pro potestate decernere. Statuimus itaque ut

Diem conventus indicit,

singuli et universi Abbates ac Priores monasteriorum Ordinis S. Benedicti, quae in Austria sunt, eorumque Vicarii Salisburgum conveniant die XXVIII Martii anno MCCCCLXXXIX aliisque ab eo dicendis quem conventui praesidem constituerimus, ut collatis consiliis deliberationem habeant de

ejusque objectum diffinit.

Congregationibus instituendis, deque novis condendis constitutionibus, queis omnia regantur Austriae monasteria,

30 DECEMBRIS 1888.

atque earum formam ad Nos transmittant maioris partis coëuntium suffragiis probatam. Quum vero ea scriptio illuc spectare debeat ut magis magisque in domibus vestris regularis disciplina floreat, vix est ut vos moneamus, lucubrationem vestram iis principiis esse informandam, quibus legiferi Patris vestri regula nititur. Tales itaque sunto Constitutiones novae, ut perfectior atque expeditior per eas fiat observantia votorum, quibus vos Deo devinxit religiosa professio. Imprimis quum nihil magis obsit paupertati quam privati peculii habendi facultas, naviter cavere oportet, ne haec mala labes domicilia monachorum inficiat. Nec praetereunda diligens officiorum descriptio quae ex obedientiae virtute manant, ne segnis incuria in levioribus sensim ad lapsus graviores inducat. Muniendum pariter praesidiis omnibus votum stabilitatis, cuius ope maxime sodales in unam veri nominis familiam coëunt : proinde unus devinciat omnes fraternae caritatis nexus, par sit omnium vivendi agendique ratio, communi omnes utantur mensa, coniunctim precibus, meditationi, spirituali lectioni vacent, simulque ad laxandum a laboribus animum conveniant. Quo perfectior autem familiae imago sit, extrariis famulis aditus ne pateat, ac fratres laici sic admittantur, ut simplicibus obstricti votis spirituali subsint magistro. Neque vero opus est ut vos moneamus, nil tolerandum esse quo turbetur solitudo ac silentium, per quae potissime perficitur morum conversio, adeoque clausurae leges, quibus ea quasi tuto vallo saepiuntur, rigide esse servandas. Denique summa Patrum qui in unum convenerint cura sit, ut religiosi sodales nihil antiquius habeant, quam ut pie riteque sacris operentur, neque a laudibus agendis Deo in Odeo communi unquam abstineant. Sane si ex hisce principiis novae Constitutiones ducantur, iisque monachi religiose paruerint, non dubitamus quin illustrius Ordini decus sit accessurum, et utiliora fidelibus futura sint exteriora ministeria, quae monachi exercent. Ampliora enim gratiarum subsidia eorum laboribus impertiet Deus, et saeculares homines dociliores illis praebebunt aures, quorum virtutem solidam clarius enitere suspexerint.

Quales oportet Constitutiones novas insinuat.

Caveatur a privato peculio,

officia nitide describantur.

stabilitas, vitaque communis, familiæ vincula, muniantur.

Loco famulorum extrariorum, laïci fratres adhibeantur.

Silentium ac clausura serventur.

Opus Dei summe colatur.

Ex his elementis novum Ordini decus, et majus fidelibus bonum prosilient.

Nos interim, dilecti filii, certa fiducia nitimur fore, ut paternas Nostras voces excipiatis volentes libentesque, ac desideriis Nostris obsequi alacriter connitamini : hinc divinae benignitatis auspicem Apostolicam benedictionem Vobis et religiosis familiis, quibus praeestis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 30 Decembris 1888, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Ill. Antonium Flores

Aequatorianae Reipublicae Praesidem,

DE VICARIATIBUS APOST. AMAZONICIS PLAGIS CONSTITUENDIS.

EXIMIA pietas tua et studium, quo flagras, ut religionis salutaris vis latius promanet in eos, qui istam, cui praees, regionem incolunt, praeclare enitebant in iis litteris, quas pridie nonas Octobris ad Nos dedisti. His equidem mirifice delectati sumus, eoque iucundius, quod animi sensus et petitiones in iis explicatas non abs te uno profectas intelleximus, sed et ab utroque Ordine amplissimo, penes quem legum iubendarum potestas est. — Quare incertum Nobis non erat, iis litteris sensus exprimi, voluntatem et vota nationis universae. Hoc autem commune studium ut per Vicariatus Apostolicos in plagis Amazonicis constitutos Christi regnum amplificetur in terris, non minus Nobis solatio est, quam decori vobis et laudi. — Perspicuam namque apertamque facit vivam quae viget in populo fidem, simulque in te aliisque qui summae rei praesunt pietatem prudentiae coniunctam, parem gravitati muneris et excelso honoris gradui quem obtinetis. — Ac sane nihil dignius christianis viris et sapientibus civitatis moderatoribus, nihil pariter rei publicae utilius, quam sedulam dare operam, ut ingens hominum multitudo, quae propinqua vestris urbibus et oppidis accolit, excussis ignorantiae tenebris, et posita agresti asperitate morum, luce illustretur evangelicae doctrinae, ac simul humano civilique cultui assuescat. — Propterea tibi, dilecte Fili, nobilis et illustris Vir, dubitandum non est quin pro eo ac debeamus, plurimi faciamus desiderium tuum, adeoque petitiones tuis comprehensae litteris praecipuas curas Nostras ad se converterint. Equidem iam mandavimus prudentibus lectisque viris, quorum

30 IANUARII 1889.

Pontifex Præsidi ac populo Æquatorianæ Reipublicæ pro expressis epistola sensibus gratias agit.

Consilium de Vicar. Apost. in Amazonicis plagis constituendis egregie laudat.

Sperat fore ut mox feliciter ad exitum ducatur.

opera consilioque in huiusmodi negotiis utimur, ut illuc studia sua conferant, optimam quaesituri rationem qua ea res commode riteque valeat expediri. — Nos itaque laeta spes tenet, et eventura feliciter quae in optatis habes, et rem prospere sciteque gestam fructus daturam salutis uberrimos. Imo neque tibi populoque cui praesides benefacti credimus defutura praemia. — Eae namque sylvestres tribus earumque posteritas, quum ope vestra exuerint feritatem pristinam, et cum religione omnes acceperint humanitatis artes, facere non poterunt quin gratias vobis habeant immortales, tantique mercedem muneris vobis adprecentur et impetrent a summo bonorum largitore Deo. Interim tibi, dilecte Fili, nobilis et illustris Vir, gratulamur ex animo quod religioni studens eam inieris viam quae ad veram ducit solidamque gloriam; ac certa fiducia nitimur, te numquam tui dissimilem fore, teque ipsum constanter praestiturum Ecclesiae tam obsequentem filium, quam paratum ad officia adiutorem. Demum paternae caritatis testem Apostolicam benedictionem tibi, duobus publicis Conciliis et universo populo cui praees peramanter impertimus.

Exinde Præsidi amplam mercedem optat.

Præsidi ac populo Aquat. iterum laudatis benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die 30 Ianuarii 1889, Pontificatus Nostri anno undecimo.

LEO PP. XIIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITATE IN CIVITATE OTTAWIENSI INSTITUENDA.

Cum Apostolica Sedes omni tempore curas ad tuendam fidei integritatem morumque disciplinam studiosissime adhibuit, tum etiam in eo semper advigilavit, ut ampla domicilia doctrinis, bonisque artibus excolendis catholicae iuventuti paterent, in quibus recta mentis atque animi institutio ad privatam ac publicam societatis humanae utilitatem posset hauriri, eademque cum opus esse censuit, nunquam praetermisit, quin eorum domiciliorum dignitati, stabilitati et prosperitati adserendae, suae auctoritatis et opis praesidia conferret. Istas ob caussas gratissimum fuit Nobis intelligere iam inde ab anno MDCCCXLVIII Ottawae praeclara in urbe Canadensis regionis collegium iuventuti catholicae instituendae conditum fuisse a Iosepho Eugenio Guigues illustris memoriae presbytero Congregationis oblatorum Mariae Immaculatae qui primus Ottawae Episcopus datus est, idemque collegium ampliora in dies incrementa feliciter suscepisse, tum collegii aedificio novis operibus amplificato, tum bibliotheca instituta et museis omnique instrumento ad omnigenam eruditionem comparatis, tum concursu et frequentia alumnorum, quos laus et fama institutionis e longinquis etiam locis excivit, adeo ut collegium ipsum decreto edito a supremo Canadensis regionis Consilio legifero anno MDCCCLXVI dignum iudicatum fuerit, ut iustum ac legitimum universitatis civilis studiorum nomen acciperet, omnibusque donaretur iuribus, quibus ceterae universitates potestatis civilis auctoritate fruuntur. Cum haec collegio Ottawiensi fauste et feliciter evenissent, huic Apostolicae Sedi anno MDCCCLXXXVIII preces oblatae sunt Praepositi Congregationis oblatorum Mariae Immaculatae ac doctorum decurialium collegii, nec non litterae Archiepiscopi Otta-

5 FEBRUARII 1889.

Pontifex testatur Ecclesiam studiorum semper fuisse sollicitam

Laudat collegium Ottawæ a primo ejusdem sedis Episcopo institutum.

Postulantibus ut eidem collegio catholicæ universitatis dignitas conferatur, libens annuit,

wiensis impense postulantium, ut idem Ottawiense collegium tot nominibus commendatum dignitate et iuribus catholicae Universitatis, ex more institutoque Apostolicae Sedis augeretur. Huiusmodi preces Nos libenter excipiendas censuimus. Novimus enim quantas opportunitates habeat Lyceum magnum optimorum studiorum in urbe nobilissima Ottawae Archiepiscopalis cathedrae honore aucta et civilis regionis sede constitutum, quae natura loci media inter alias Canadensis regionis urbes assurgens, omnibus commeantibus facile pervia est ac ex praesentia insuper lectissimorum virorum qui in supremis civilis potestatis consiliis sedent, quique rerum publicarum administrationem gerunt, splendidam capit accessionis dignitatem. Novimus etiam quo studio dilecti filii sodales Congregationis oblatorum Mariae Immaculatae ab anno MDCCCXLVIII rectae institutioni iuventutis operam dederint, curis pariter ac opibus suis in hoc salutare opus eiusque tuitionem ultro collatis, et quantopere semper cordi fuerit eiusdem Congregationis Praepositis apud suos obsequium erga Apostolicam Sedem et sacrorum Antistites, uti decet, tueri et fovere ac praestantes suae Congregationis alumnos ad docendi munus in Ottawiensi collegio promovere, quorum plures in hac alma Urbe in Gregoriano Lyceo Societatis Iesu doctrinae laurea ornati fuere, simulque advigilare ut philosophicae ac theologicae institutiones ex S. Thomae Aquinatis doctrina traderentur ; quibus rebus factum esse compertum habemus, ut plures praeclarique ex Ottawiensium doctorum disciplina alumni prodierint, qui existimationem, et decus institutoribus suis late conciliarunt. Nos igitur hisce rebus rite perpensis, et communibus votis libenter annuentes tum Venerabilis Fratris Iosephi Thomae Duhamel Archiepiscopi Ottawiensis tum Praepositi et sodalium Congregationis oblatorum Mariae Immaculatae, aliorumque illustrium Ottawiensium civium, hisce litteris ad maiorem Dei gloriam, ad incrementum catholicae religionis, ad decus, utilitatemque Canadensis regionis Ottawiense collegium catholicae iuventuti erudiendae a Congregatione oblatorum Mariae Immaculatae conditum, cuius regimen et magisteria

intuitu loci peropportune electi ad hoc munus;

intuitu quoque meritorum Congregationis oblatorum Mar. Immac., cujus laudem celebrat.

Solemniter evehit collegium Ottawiense ad gradum catholicæ Universitatis.

5 FEBRUARII 1889.

a presbyteris Congregationis eiusdem sub huius Sanctae Sedis et Archiepiscopi Ottawiensis auctoritate geruntur, canonica institutione ad dignitatem catholicae Universitatis studiorum evehimus eidemque Universitati ius attribuimus, ut magisterii lauream aliosque gradus academicos in singulis doctrinae generibus ad consueta universitatum statuta et leges conferre possit. Cum porro plurimum intersit ad prosperitatem Universitatis et decus eam rectis aptisque legibus prudenter instrui, quibus regimini eius opportune consulatur, volumus et statuimus, ut eiusdem Universitatis statuta et leges huic Apostolicae Sedi primo quoque tempore exhibeantur, quo iis mature expensis ea possit suae auctoritatis robur adiicere. Volumus praeterea, ut Apostolici Cancellarii munere in eadem Universitate Venerabilis Frater Archiepiscopus Ottawiensis et qui post eum futuri sunt in Archiepiscopali sede fungantur, atque ut ipse Archiepiscopus et successores eius, nec non alii provinciae Ottawiensis et Torontinae Episcopi, qui seminaria, collegia aliaque huiusmodi instituta praedictae Universitati aggregaverint, rectae, sanaeque doctrinae tuendae in eadem Universitate praesint. Potestatem denique facimus eidem Universitati, ut ad morem Lycei Magni Quebecensis alumnos, qui in seminariis, collegiis, aliisque institutis ecclesiasticarum provinciarum Ottawiensis et Torontinae dumtaxat erudiuntur, in numerum alumnorum suorum adsciscat, eosque iuribus ac ceteros Ottawiensis Lycei auditores favoribus prosequatur. Haec volumus et statuimus ac propterea decernimus has litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque illis ad quos spectat et pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari ; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam caussarum Palatii Apostolici Auditores, Sedis Apostolicae Nuntios, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, ac irritum esse et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate

Leges ejusdem Sedi Apostolicæ approbandas exposcit.

Cancellarium et rectores designat.

Privilegium ei confert aliunde sibi adsciscendi alumnos.

scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus licet speciali atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 5 Februarii 1889, Pontificatus Nostri anno undecimo.

Pro D. CARD. LEDOCHOWSKI
T. Fausti *Substitutus.*

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales.

DE MUNERE PACIFICO ECCLESIAE COMMISSO.

NOSTIS errorem sane maximum, per quem multorum animos, libertatis adipiscendae specie deceptos, sensim a IESU CHRISTO Ecclesiaque secedere nostra videt aetas. Scilicet pravarum doctrinarum fructus temporibus moribusque maturati adolescunt: iamque vitium est parvis magnisque civitatibus fere commune, exuere formam christianam, constituere disciplinam civilem, totamque administrare rem publicam, religione posthabita. — Tali animorum habitu Nos quidem affecti cura ac sollicitudine summa, cogitare de remedio numquam intermisimus: vosque ipsi, Venerabiles Fratres, testes estis, operae Nos diligentiaeque in eo plurimum ponere, ut appareat, quo sit tandem miserrimus iste a Deo discessus evasurus, et ut quotquot ad alia aberraverint, referant sese ad liberatorem suum, Unigenitum Dei, in cuius fide patrocinioque conquiescere perpetuo ac fidenter debuissent. His de caussis semper studuimus cum exterarum gentium imperiis eas, quas moris est, vel confirmare necessitudines, vel coniungere. Restituere in praesentia conamur cum potentissimo Russiae imperio: neque diffidimus id, quod est in optatis, ex sententia successurum. Qua in re cogitationes curasque Nostras singulari studio ac pari benevolentia contulimus in rei catholicae apud Polonos statum: quodque ad ordinandam earum dioecesium administrationem magnopere pertinebat, aliquot iam Episcopi designati sunt. Eos ipsos renuntiare hodierna die in hoc amplissimo concessu vestro magnopere libuisset, nisi plus aliquanto temporis tota negotii perfectio desideraret.

II FEBRUARII 1889.

Pontifex queritur de pulsa e societate religione.

Sollicitudinem suam indefessam testatur ut ad Deum reditus fiat.

Varia studia sua ad hunc finem exponit.

Omnino idem iter, quamquam inimicorum operâ non raro impeditum, sed tamen idem iter, quantum est in Nobis, perseveranti voluntate tenebimus. Atque in hoc proposito

Una societatis spes: Ecclesia catholica;

ea Nos cogitatio confirmat, unum esse perfugium animorum, unam spem sempiternae salutis eamque certissimam, Ecclesiam catholicam : proptereaque, in hac plena dimicationum vita mortali, Nostrum est omnes homines ad Ecclesiae sinum, tamquam ex aspero mari ad portum, vocare, maximeque ad confidendum caritati eius impellere : confugientes enim ad sese semper est materno acceptura complexu, adhibendoque Evangelii lumine sanatura. — Praeterea in hanc, quae degitur, aetatem tam ancipites incubuere casus, ut fessis communibus rebus omni ope et contentione subvenire necesse sit. Urgent enim undique, quod vel his ipsis postremis diebus in Urbe vidimus, urgent populares cupiditates inflammatae ac furentes ; et crescente rerum malarum audacia, in ipsa civilis societatis fundamenta impetum conantur facere. Silente religionis voce, sublatoque divinarum metu legum, quae ipsos animi motus in officio continere iubent, quaenam vis esset in civitatibus reliqua satis efficax ad propellenda pericula ? In hoc igitur, quod datur opera revocandis illuc hominibus, ubi praecepta virtutum ac principia conservandi ordinis incorrupta vigent, verissimo afficitur beneficio respublica, egregieque de salute communi meretur.

præsertim in his turbatis temporibus.

In omnium votis est pax.

Sed est et aliud considerandum, quod opportunitatem habet singularem. Nimirum si contigit unquam alias, ut pacatae res concordi populorum voto expeterentur, certe expetuntur maxime hoc tempore, cum in ore est omnium pax, tranquillitas, otium. Testantur summi principes, et quotquot per Europam res publicas gerunt, hoc se velle conarique unice, pacis beneficia tueri : idque valde assentientibus cunctis civitatum ordinibus, quia revera quotidie magis apparet bellorum populare fastidium. Honestissimum fastidium, si quod aliud : nam certare armis potest esse quandoque necessarium, numquam tamen vacat magna mole calamitatum. Quanto autem calamitosius hodie futurum in tanta copiarum magnitudine, tam longe provecta rei militaris scientia, tam multiplici ad internecionem instrumento ? Quae quoties cogitamus, magis ac magis caritate accendimur gentium christianarum, earumque caussâ non

Et certe bella hodie magis unquam formidolosa.

11 FEBRUARII 1889.

possumus non suspenso animo impendentes formidines pertimescere. Nihil est igitur tanti, quanti ab Europa periculum belli prohiberi: ita quidem ut, quidquid in hanc caussam confertur operae, in salutem publicam conferri iudicandum sit. — Verumtamen ad fiduciam rerum tranquillarum, parum est cupere, neque satis inest in mera voluntate praesidii. Similique modo ingentes copiae et vis infinita bellici apparatus hostilem impetum continere, ne erumpat, aliquandiu possunt, quietem parere securam et stabilem non possunt. Immo vero districta minaciter arma ad alendas sunt, quam ad tollendas simultates ac suspiciones aptiora: percellunt animos sollicita expectatione rerum futurarum, atque illud nominatim pariunt incommodi, ut in cervicibus populorum imponantur onera, incertum saepe utrum tolerabiliora bello. — Itaque quaerenda paci fundamenta sunt et firmiora et coniunctiora naturae: propterea quod ius suum vi armisque defendere concessum est non repugnante natura; sed illud natura non patitur, vim esse iuris efficientem caussam. Quoniam pax tranquillitate ordinis continetur, consequens est ut quemadmodum privatorum, ita et imperiorum concordia in iustitia maxime et caritate nitatur. Violare neminem, alieni iuris vereri sanctitatem, colere fidem benevolentiamque mutuam, perspicuum est vincula concordiae esse firmissima atque immutabilia, quorum adeo pollet virtus, ut vel semina inimicitiarum atque aemulationis nulla esse patiatur. Iamvero utriusque virtutis parentem et custodem Deus esse iussit Ecclesiam suam: quae idcirco nihil habuit, neque est habitura sanctius, quam conservare iustitiae caritatisque leges, propagare, tueri. Hoc proposito terras omnes Ecclesia peragravit: dubiumque est nemini, quin barbaras gentes, iniecto amore iustitiae mitigatas, ab immanitate studiorum bellicorum ad pacis artes humanitatemque traduxerit. Tenues, potentes, qui parent, qui imperant, aeque omnes iubet servare iustitiam, nec quicquam pro iniuria contendere. Ipsa est, quae populos universos, quantumvis vel locis dissitos, vel genere differentes, necessitudine et caritate fraterna coniunxit. Ac probe memor legum atque exemplorum divini auctoris

Describuntur discrimina et onera pacis armatæ.

Vera pax in justitia et charitate.

Jam vero harum virtutum custos est Ecclesia,

ipsius testante historia,

docente Conditore Rege pacifico.

sui, qui *rex pacificus* appellari voluit, cuius ipsum natalem caelestia pacis praeconia nunciavere, quiescere vult homines in pulcritudine pacis, ac multa prece studet contendere a Deo, ut belli discrimina a capite fortunisque populorum defendat. Quamdiu autem et opus fuit et per tempora licuit, nulla in re libentius, interposita auctoritate sua, laboravit, quam in reconcilianda concordia, regnisque pacandis.

Huic muneri Pontifex se numquam defuturum profitetur.

His rationibus caussisque maximis et sanctissimis in omni consilio Nostro movemur, Venerabiles Fratres, hisque paremus. Quoscumque tempora casus invexerint, qualiacumque hominum vel iudicia futura sint vel acta, ad eamdem normam dirigetur omnis actio Nostra: ab hac via certum est non discedere. Ad extremum, de incolumitate pacis si mereri alia ratione non licuerit, certe perseverabimus ad Eum, nemine prohibente, confugere, qui potest voluntates hominum, unde vult, torquere, quo vult, inflectere: enixeque precabimur, ut depulso omni bellorum metu, ac debito rerum ordine benignitate sua restituto, veris eisdemque stabilibus firmamentis Europa quiescat.

Novos tres Cardinales proclamat.

Ceterum, venerabiles fratres, priusquam veniamus ad novas Episcoporum cooptationes, adlecturi in perhonorificum Ordinem vestrum sumus tres viros, quorum non ignota vobis ornamenta animi: nimirum IOSEPHUM BENEDICTUM DUSMET ex Ordine Benedictinorum Cassinensium, Archiepiscopum Cataniensem, dignis Episcopo virtutibus, maximeque prudentia et caritate spectatum: IOSEPHUM D'ANNIBALE Episcopum Tit. Charystiensem, S. R. et U. Inquisitionis Assessorem, probitate, modestia, doctrinae copia clarum: ALOISIUM MACCHI Domus Nostrae Pontificalis Praepositum, morum integritate probatum, variisque muneribus atque honoribus nitide functum.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales ex Ordine Presbyterorum.

IOSEPHUM BENEDICTUM DUSMET
IOSEPHUM D'ANNIBALE: *11 FEBRUARII 1889.*

Ex ordine Diaconorum

ALOISIUM MACCHI.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum S. Salvatoris in Brasilia.

21 FEBRUARII 1889.

Pontifex gratias agit pro acceptis a Brasilio devotionis signis.

CERTUM Nobis ac persuasum erat, te aliosque Brasiliae Episcopos in hac temporum difficultate haud segnius adserturos libertatem ac iura Apostolicae Sedis, quam ceteri fecerint sacrorum Antistites. Ideo non insperatum, etsi gratissimum, ad Nos pervenit praeclarum testimonium quod ea de re Nobis praebuere officiosae litterae, quas nuper abs te accepimus aliisque Venerabilibus Fratribus, qui Brasiliensibus Ecclesiis regendis praesunt. — Quo iucundius Nobis hoc officium esset accessit gravitas rerum ac sententiarum, qua non modo dignitatem Nostram tuebamini et rationes catholicae Ecclesiae, sed etiam praecepta sanctissima iuris gentium quae violari quidem vi et armis possunt, at nequeunt everti et extingui. — Apte porro respondit expectationi Nostrae iusta severitas, qua leges improbatis eo concilio latas ut dispensatores mysteriorum Dei, minatione poenarum conterriti, turpiter officium deserant sacrique ministerii exercitium ad eam normam dirigant, quam civilis potestas, non quam CHRISTI doctrina praescripsit. Quibus legibus si parere opus esset, nulla iam foret sacerdotalium munerum sanctitas, nulla religio. Quae cum sint apertissima, haud miramur etiam fidelem populum istius regionis, prout innuitis, eosdem praeseferre sensus, quos litteris vestris explicavistis. — Ea res spem facit fore ut omnium mentibus affulgeat tam manifesta lux veritatis, cunctique cordati homines tam grave et concors de iis quae acta sunt contra Ecclesiam iudicium ferant, ut auctores ipsos rerum ab se gestarum pudeat, iique revocato ad viam iustitiae gradu non minus paci Ecclesiae quam suae et communi saluti prospiciant. — Vos interim pie ac sapienter facitis dum supplici prece ad Deum conversa supremam eius invocatis opem, ut propitius adsit populo suo, neque eum sinat diutius his conflictari molestiis. Optantes itaque ut ad preces vestras, quae et Nostrae sunt, Pater Caelestis inclinet aures, Eumque ro-

Gaudet de vindicato a catholicis hujus regionis Ecclesiæ jure.

Novas leges contra libertatem ministerii sacri latas vehementer damnat.

Sperat veritatem sua luce tenebras erroris mox superaturam.

Fidelibus Brasiliæ benedicit.

gantes ut large ac munifice in vos effundat gratiae suae divitias, Apostolicam benedictionem, Nostrae dilectionis testem, tibi, Venerabilis Frater, aliisque Brasiliae Episcopis, itemque Clero et fidelibus vigilantiae vestrae concreditis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 21 Februarii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopos et Episcopos foederatarum Americae septentrionalis civitatum,

QUA UNIVERSITAS WASHINGTON CONSTITUITUR.

7 MARTII 1889.

Laudat Pontifex zelum Præsulum federatarum civit. Amer. septentr.

MAGNI Nobis gaudii caussam affert studium vestrum, quo ad catholicae pietatis incolumitatem ad vestrarum dioecesium utilitates curandas incumbitis, et praesertim ad praesidia paranda, quibus rectae institutioni tum clericorum tum laicae iuventutis, ac doctrinae in omni scientiarum divinarum et humanarum genere ad fidei normam tradendae consulatur. — Quamobrem pergratae Nobis extiterunt litterae vestrae exeunte superiore anno ad Nos datae, quibus Nobis significatis Lycei magni seu Universitatis studiorum, cui in urbe Washington excitandae operam datis, ita coeptum opus feliciter procedere, ut ad tradendas hoc anno in re theologica doctrinas, omnia iam curis vestris rite sint comparata, ac a Venerabili Fratre Ioanne Keane Episcopo titulari Iassensi eiusdem Lycei rectore,quem ad Nos misistis,libenter statuta ac leges vestrae Universitatis excepimus, quas Nostrae auctoritati et iudicio subiecistis. Qua in re omni laude dignissimum iudicamus consilium vestrum, qui anno centesimo ab ecclesiastica hierarchia istic constituta monumentum ac memoriam perpetuam rei auspicatissimae fausta Universitatis vestrae dedicatione statuere decrevistis. Nos itaque cura confestim suscepta explendi iuxta desideria vestra, leges Universitatis vestrae ad Nos allatas, delectis S. E. R. Cardinalibus e sacro consilio christiano nomine propagando cognoscendas et expendendas commisimus, ut de iis ad Nos sua iudicia referrent. — Nunc eorum sententiis ad Nos delatis, Nos postulationibus vestris libenter annuentes, statuta ac leges Universitatis vestrae per has litteras auctoritate Nostra probamus, eidemque propria

Gaudet de mox aperienda universitate in urbe Washington.

Ejus leges sibi a rectore allatas, et cognoscendas dilectis judicibus traditas,

libenter probat, atque firmat,

iustae ac legitimae Universitatis studiorum iura tribuimus. Potestatem itaque academiae vestrae facimus, ut alumnos quorum doctrina experimentis probata fuerit, ad gradus quos vocant academicos provehere possit, itemque ad magisterii lauream, tum in philosophicis et theologicis doctrinis, tum in iure pontificio caeterisque disciplinis in quibus gradus et lauream conferri mos est, cum earum in academiae sede progredientibus annis fuerint magisteria instituta.

universitatem juxta eas solemniter instituens.

— Volumus autem te, dilecte Fili Noster, vosque, Venerabiles Fratres, rectae studiorum rationi et disciplinae alumnorum in vestra Universitate tuendae, vigili cura praeesse, sive per vos ipsos, sive per delectos ex vobis Antistites, quos huic muneri praeficiendos censueritis. — Cum porro princeps inter Episcopales foederatorum Americae septentrionalis statuum sedes Baltimorensis sit, Baltimorensi Archiepiscopo eiusque successoribus munus tribuimus, ut supremi academiae moderatoris seu cancellarii auctoritate fungatur.

Archiepiscopum Baltimorensem ejusdem cancellarium instituit.

Cupimus praeterea ut studiorum methodus servanda, seu programmata disciplinarum, quae in Universitate vestra tradentur, ac in primis rei philosophicae et theologicae, huic Apostolicae Sedi cognoscenda exhibeantur, quo eius approbatione firma et rata sint, atque uti Universitatis eiusdem magisteria in omni doctrinarum genere ita sint constituta, ut clerici iuvenes ac laici aeque opportunitatem habeant, qua possint pleno doctrinae pabulo nobilem scientiae cupiditatem explere. In his autem magisteriis volumus, ut iuris quoque pontificii et iuris ecclesiastici publici doctrinae tradendae schola instituatur, quam doctrinam his praecipue temporibus magni momenti esse cognoscimus.

Rationem studiorum brevi exponit.

— Hortamur porro vos omnes, ut vestra seminaria, collegia, aliaque catholica instituta, Universitati vestrae prout in statutis innuitur, adscribi curetis, omnium tamen libertate salva et incolumi. Quo autem uberiores fructus ex variis Lycei Magni disciplinis in plures deriventur, placet ut ad eas scholas praesertim theologicas et philosophicas, ne dum admittantur ii qui ea studia absolverint, ut Concilii plenarii tertii Baltimorensis decreta ferunt,verum et ii etiam qui vel incipiendis vel prosequendis eius scien-

Ad theologicas et philosophicas scholas etiam incipientes admittendi.

Americanos ad liberalitatem erga novum institutum adhortatur,

tiae curriculis navare operam velint. — Quoniam vero haec magna studiorum Universitas non modo ad patriae vestrae decus augendum pertinet, sed uberes et salutares fructus tum ad sanae doctrinae propagationem, tum ad catholicae pietatis praesidium pollicetur, iure confidimus, Americanos fideles pro sui magnitudine animi, suae liberalitatis opem, ad coeptum opus splendide perficiendum, desiderari a vobis non passuros. Constituta autem per has Nostras litteras Universitate Washingtoniensi indicimus ne ad alia huius generis instituta procedatur inconsulta Sede Apostolica. — Haec quae hisce litteris declaravimus et constituimus, perspicuo argumento fore vobis arbitramur studii et sollicitudinis qua afficimur, ut gloria et prosperitas catholicae religionis in ista regione in dies magis augeatur. Caeterum Deum clementissimum a quo omne datum optimum et donum perfectum dimanat impense rogamus, ut incoepta vestra secundo laetoque exitu ad animorum vestrorum vota fortunet, idque ut feliciter contingat Apostolicam benedictionem sincerae Nostrae dilectionis testem tibi, dilecte Fili Noster, vobisque, Venerabiles Fratres, et universo Clero ac fidelibus,quibus praesidetis,in auspicium omnium caelestium munerum peramanter in Domino impertimus.

eisque benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die 7 Martii 1889, D. Thomae Aquinati sacra, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE CONVENTU ABBATUM ET PRIORUM MONASTERIORUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI EX AUSTRIA SALISBURGI HABENDO PRAESIDE S.R.E. PRESB. CARD. SERAPHINO VANNUTELLI.

15 MARTII 1889.

Pontifex testatur benevolentiam suam in Ord. S. Bened. de Ecclesia optime meritum.

SINGULARI benevolentia semper complexi sumus illustrem S. Benedicti Ordinem, quem Nobis commendarunt insignia in Ecclesiam merita, praecellens conditoris virtus, pluriumque alumnorum eius, atque ipsa institutionis veneranda vetustas. Hac benevolentia, quam erga Ordinem universum constanter prae Nobis tulimus, singulas quoque eius partes, uti par est, prosequimur, idque haud omisimus pro re nata testatum facere non obscuris indiciis. Quare non ita pridem peculiares curas, quas res ac tempus poscere videbantur, ad ea monasteria convertimus eiusdem Ordinis quae sita sunt intra fines Austriaci Imperii, ac litteris Nostris die XXX Decembris superioris anni datis ad Abbates et Priores eorumden monasteriorum desiderium et spem, quam fovemus, expressimus ut monachi illic degentes fructus salutis in dies ferant ampliores. Tum consilium patefecimus a Nobis initum, ut in iis monasteriis omnibus par eademque vigeat disciplina vitae, Parentis legiferi spiritu informata et praescriptis congruens, atque ut etiam illic, prout alibi factum est, Congregationes fiant, quae plura monasteria suo complexu contineant. Quo commodius autem possent haec cogitata perfici, conventum indiximus Salisburgi habendum, quo coeant Abbates omnes ac Priores, qui praedictis monasteriis praesunt, eorumque Vicarii, qui collatis consiliis deliberent cum de Congregationibus instituendis, tum de novis condendis constitutionibus, quibus cuncta regantur Austriae monasteria, quae ordinis S. Benedicti nomine et instituto censentur. Primum huius conventus diem praestituimus XXVIII huius mensis et anni, simulque polliciti sumus virum certum a Nobis missum iri, qui delibera-

Recolit litteras 30 Decembris 1888, quibus, ad unionem majorem ejusdem Ordinis in Austriaco Imperio obtinendam, Salisburgi conventus indicebatur.

Præsidem hujus conventus eligit Card. Seraph. Vannutelli,

tionibus praesit et dies dicat, quibus subinde convocati Patres consilium sint habituri. Quapropter ut data praestetur a Nobis fides, atque istius conventus magis illustretur amplitudo, alteri ex Patribus Cardinalibus S. R. E. hanc demandare curam decrevimus. Teque inter alios nominatim, dilecte Fili Noster, ad hoc Praesidis munus eligendum censuimus, quippe cui insuetum non est cum iis versari, quibus es praefuturus et plures conciliavit commoratio haud brevis in Austriaco Imperio, ubi Nuncii Nostri Apostolici perfunctus es muniis. Te itaque istius conventus, quem Salisburgi habendum indiximus, Praesidem per has litteras Nostras constituimus, omnesque tibi tribuimus facultates et iura, quae usui sint ad creditum munus rite obeundum.

olim Vindobonæ nuntium, eumque rite constituit.

Quo te ita defungi oportet, ut quidquid ab re est, a deliberationibus amoveatur et cuncti sedulam dent operam novis concinnandis Constitutionibus, quae ad eam exactae normam, quae in litteris Nostris exeunte Decembri datis traditur, eos pariant salutares effectus, quos in iisdem litteris explicavimus.

Tenorem futuræ deliberationis præscribit.

Facilem equidem huius perfunctionem muneris tibi fore confidimus: non enim ambigimus, quin religiosi viri, qui conventum celebraverint, dignos se praebeant Sancti Institutoris alumnos, adeoque cum in rogandis novis legibus, tum in sententiis dicendis eam praeseferant gravitatem et fraternam dilectionem, quae eorum dignitatem ac religionem decet.

Vota facit pro felici successu.

Id profecto eo etiam valebit, ut susceptum negotium possit expediri celerius: quoniam vero perficiendo operi, quod varium ac multiplex est, diem certum non licet praestituere et quaedam interdum incidunt, quae moram afferunt insperato, ideo prudentiae et arbitrio tuo permittimus, ut, quum e re visum fuerit, praescribas consultandi finem, Patresque congressos dimittas.

Præsidi potestatem facit indicendi finem congressus;

Quin etiam si quid forte intervenerit, quod cessare suadeat ad tempus, potestatem tibi facimus inchoati conventus intermittendi ut in diem per te statuendum differatur.

imo, si necesse sit, inchoatum intermittendi, ad opportunum tempus;

Demum bona spe ducti talem fore huius conventus exitum, ut eius ope religiosa sancti Benedicti familia florentior vigeat in Austriaco Imperio, simulque optantes alumnis eius ibi degentibus plenius testari paternam caritatem No-

demum ei Apostolicam benedictionem impertiendi.

stram, facultatem tibi largimur et munus committimus, ut omnibus qui eumdem conventum celebraverint, Apostolicam benedictionem Nostro nomine impertias. Haec volumus, statuimus et mandamus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 15 Martii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

M. Card. Ledochowski.

ALLOCUTIO

ad S. R. E. Cardinales, inchoante XII pontificatus anno.

DE REBUS ITALIAE.

2 MARTII 1889.

Gratias agit sacro Collegio pro votis, Deo pro auxilio sibi ab ineunte pontificatu præstito.

La devozione e l'affetto di cui sono improntate le parole che a nome del Sacro Collegio ella, Signor Cardinale, Ci ha rivolto, e i voti fatti per la Nostra conservazione e prosperità, non possono non commuoverci vivamente. Ci torna di consolazione e di conforto il sapere che il Sacro Collegio prende la più sincera parte alle Nostre gioie e ai Nostri dolori: gioie e dolori che si alternano sempre nella vita, ma che con più vivo contrasto si manifestarono in questo ultimo anno. Siamo immensamente debitori al Signore per la singolare assistenza prestataci, non solo in questo, ma in tutti gli undici anni di pontificato già trascorsi: ed al cominciare dell' ottantesimo anno di età, sentiamo più che mai il bisogno che le Nostre deboli forze siano potentemente sostenute dall' alto. Tanto più che le difficoltà del governo della Chiesa, in tempi così critici, esigono, da chi ne porta il peso, cure molteplici e gravissime e di tutti i momenti.

Octogesimum inchoans annum, novum a Numine robur impetrat.

Le condizioni generali d' Europa e del mondo, il Sacro Collegio ben lo conosce, sono oltremodo incerte e paurose; e si ripercuotono dolorosamente sulla Santa Sede. Priva di una vera sovranità che ne assicuri l' indipendenza, e sottoposta al potere altrui, non può non risentire le incertezze, i pericoli, i danni cui è esposta l' Italia al di dentro e al di fuori. Onde è che ogni agitazione che sorga all' interno e particolarmente a Roma, ogni disastro che la minacci dall' estero, fa nascere nei cattolici di tutto il mondo apprensioni, ansietà e timori per la sorte del loro Capo. — A questa, che può dirsi fondamentale cagione delle Nostre sollecitudini, altre se ne aggiungono parimenti gravissime, per il lamentevole stato delle cose religiose in Italia. Si è detto, ed anche in altro luogo si è ripetuto, che la Chiesa in

Queritur de conditione S. Sedi facta, qua cogitur omnes augustias pati Italiæ internas et externas,

quoque veram libertatem Ecclesia amisit.

Italia gode della maggior libertà e di una condizione la più invidiabile. Ma come ascoltare senza giusta indignazione simili enormezze? Il solo fatto di avere, coll'occupazione del principato civile, tolto alla S. Sede la sua sovranna indipendenza, è già tale offesa che le altre comprende ed abbraccia. Questa offesa tocca direttamente il Capo supremo della cattolicità, e la libertà della sua azione nel mondo: questa violata o comunque impedita, tutto il governo della Chiesa convien che ne soffra. — Ma oltre questa, altre offese abbiamo a deplorare contro il Nostro spirituale potere in Italia. Qui l'esercizio del ministero episcopale nei nuovi pastori che Noi nominiamo soffre indugi od impedimenti pel così detto *Exequatur*, che per sistema si differisce sempre di molti mesi, e diviene per l'autorità laica il mezzo di assoggettare le persone, da Noi con diligentissima ponderazione prescelte, ad inquisizioni fiscali, talora anche della più bassa specie. Nè è nuovo il caso che a persone degnissime, giudicate da Noi adatte agli speciali bisogni di alcune diocesi, sia negato il possesso della mensa; la qual cosa, oltre la privazione dei mezzi necessarî alla vita, porta pure funesti effetti su molti atti della giurisdizione episcopale, indispensabili al governo di una diocesi. Ma non basta; chè per alcune nomine s'impongono vincoli anche più forti coi pretesi diritti di patronato, prima abbandonati e non esercitati per più anni, poi ripresi e mantenuti duramente: i quali peraltro non potendosi da Noi in alcun modo ammettere per mancanza di ogni fondamento giuridico e delle condizioni volute dai canoni per esercitarli, avrebbero per effetto di lasciare indefinitamente senza pastori un numero non piccolo di diocesi. E infatti ve ne sono al presente non poche, vacate da qualche anno, e tutte sommamente desiderose di avere in mezzo a loro i Vescovi da Noi da lungo tempo nominati.

Queritur de modo tyrannico quo abusus Exsequatur *dictus vexat electos a Summo Pontifice ad regendas diœceses.*

Queritur de juribus patronatus illegitime vindicatis, unde plures ecclesiæ pastoribus carent.

Nè basta ancora: ricordiamo, solo accennando, e le difficoltà opposte alla recluta del giovane Clero e alle vocazioni ecclesiastiche; e la sottrazione di tanti operai evangelici per la dispersione degli Ordini religiosi; l'esclusione della Chiesa dal pubblico insegnamento; le disposizioni del nuo-

Alias permultas vexationes enumerat, genuinæ libertati maxime contrarias.

vo codice penale contro il Clero; la confisca di una gran parte della sostanza ecclesiastica; gli atti già consumati e gli altri che si minacciano a danno delle Opere pie, dei pii sodalizi e di qualsiasi istituzione cattolica; il favore accordato alle sètte, nemiche giurate del nome cristiano. — Sarebbero queste per avventura le prove della sconfinata libertà, di cui gode ora la Chiesa in Italia?

Quæ, si Ecclesiæ, Italiæ imprimis nocent.

Questo stato di cose, se nuoce alla Chiesa, è funestissimo all' Italia, e le fa correre tutti i danni di cui è causa alle nazioni l' oblio e il disprezzo della religione. Abbiamo ricordato, non ha guari, il grande interesse che vi è per le nazioni di non allontanarsi da Cristo e dalla sua Chiesa, senza la cui sovrumana virtù invano si spera di contenere i popoli nel dovere e di assicurar loro i beneficî inestimabili della pace. — Ciò vale in modo tutto proprio per l' Italia, che fatta centro per Roma della religione divina e favorita dalla Provvidenza più di ogni altra nazione, dovrebbe provare tanto più gravemente le conseguenze del suo allontanamento da Cristo, quanto maggiore sarebbe la sua ingratitudine. Le nazioni, come gl' individui, quando si scostano dalla via tracciata loro dalla Provvidenza, vanno miseramente in decadenza ed a certa rovina. È follia sperare che l' Italia possa godere prosperità, facendo guerra alla religione di Cristo. È follia sperare che l' Italia possa aver pace, sicurezza, tranquillità, finchè si mantiene viva la lotta contro il Papato, se ne conculcano le ragioni, e gli si nega quella condizione di vera sovranità, che è efficace tutela della sua indipendenza. Vegga pertanto il popolo italiano e riconosca alfine dove e quali siano i suoi veri amici; e seguendo l' impulso dell' indole sua, profondamente religiosa e cristiana, s' ispiri sempre alle gloriose tradizioni dei suoi tempi migliori.

Sors Italiæ sorti Ecclesiæ arctissime connectitur.

Utinam tandem sapiat.

Deo fisus, Sacro Collegio benedicit.

Intanto Noi, tra le difficoltà che Ci circondano, confidati negli aiuti del cielo e nella santità della causa che sosteniamo, sicuri della costante cooperazione del Sacro Collegio, proseguiremo animosi l' opera Nostra, aspettando ed affrettando colla preghiera il momento della misericordia per la Chiesa e per la società. Ed attestando nuovamente al

Sacro Collegio il Nostro grato animo, a pegno di specialissimo affetto, impartiamo ad esso e ai singoli suoi membri, come pure ai Vescovi e Prelati e a quanti sono qui presenti, l' Apostolica benedizione. *2 MARTII 1889.*

EPISTOLA

ad Episcopos Mexicanos.

14 MARTII 1889.

Pontifex gratias agit Episcopis Mexicanis pro virili contra iniurias S. Sedi factas protestatione.

PATI sane non poterat zelus et religio vestra, per novas leges in hac urbe latas violari impune dignitatem Nostram et Ecclesiae iura, quin iustas ederet querelas et quae gesta sunt gravi expostulatione improbaret. Quare nec praeter opinionem nec praeter spem Nobis incidit nobilis declaratio vestrae de ea re sententiae, quam significantissimis expressam verbis in epistola legimus di XIV kalendas Martias a vobis communiter data. — Tametsi haec spes et expectatio Nostra haud obstitit quominus ex vestris litteris non mediocre solatium, imo aliquod, quantum temporis calamitas sinit, gaudium caperemus. Eae siquidem pleniorem efficiunt concentionem incundam, partam ex concordi voce totius catholici episcopatus, simulque Nobis cogitantibus unde eae profectae sint indicium praebent praestantis fidei ac dilectionis plane singularis. — Non enim Nos latet rerum asperitas in qua versamini, neque ingens quo seiungimur invicem tractus terrarum marisque interiectus : scimus autem sic homines esse natura comparatos, ut quoties suis ac praesentibus urgentur malis, levissime afficiantur alienis, praesertim eorum quos procul ab se dissitos noverint. Iamvero vos paene oblitos molestiarum in quibus estis, perspicimus incendi studio tuendi res Nostras, ac vehementer tangi cura et cogitatione eorum quae patimur, tum propter ademptam huic Sanctae Sedi cum civili principatu libertatem, tum propter impedimenta in dies graviora quibus, usus ipse intercipitur spiritualis potestatis Nostrae. — Quum ex his luculenter patefiat vestra in Nos egregia voluntas, par est ut Nos officia vestra simili complectamur dilectionis affectu. Quod quum praestamus ultro, meritas vobis habemus gratias pro impenso studio quo, fusis precibus, divina Nobis auxilia conciliare contenditis. Ut his instetis assidue Nostra haud egetis hortatione : vobis certe preces Nostrae non deerunt quas adhibebimus immortali Deo, ut munera et fructus pacis, quam

Ex ea se solatium et spem percepisse testatur.

Gaudet singulari modo quod Episcopi Mexicani, tam dissiti a Sancta Sede, tamque dura ipsi patientes, tantopere doloribus Pontificis participent.

Iterum gratias agens, plenamque pacem optans, eis benedicit.

Nobis optamus, vobis quoque largiatur ubertim. Horum interim auspicem esse cupimus Apostolicam benedictionem, quam vobis universis et singulis, Venerabiles Fratres, nec non Clero et fidelibus vigilantiae vestrae concreditis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 14 Martii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Episcopum Brixiensem.

31 MARTII 1889.

Pontifex gratias agit Præsuli de accepto suæ optimæ voluntatis testimonio.

GRATAM scito Nobis epistolam tuam fuisse. In ea enim visi sumus novum perspicere testimonium episcopalis vigilantiae tuae, itemque studii singularis, quo perseveras cum colere Nos amantissime, tum iurium Apostolicae Sedis velle atque optare incolumitatem. Animique tui declarandi si qua detur opportunitas, te videmus eam libenter arripere, nec praeterlabi facile sinere ; uti nuper, cum illud in lucem prodiit Opusculum, quod ipse commemoras, quodque sane si displicet tibi,

Intolerabile declarat res gravissimas S. Sedis a viris privatis publice dijudicari, quum sæpe de eisdem ipse Pontifex aliter sit locutus.

ut scribis, iure displicet. — Imo vero nemo prudens rerumque existimator aequus reperiatur, quin tecum magna voluntate consentiat. Hoc enim quis ferendum putet, res permagni momenti, cum potestate Pontificis Maximi, cum ipsa Apostolici muneris libertate copulatas, audacter ad suum revocari arbitrium, publiceque diiudicari ab homine quidem privato, nulla ad id auctoritate praedito ? Atqui ab ipso Pontifice iudicata caussa est : is enim quid et sentire ceteros oporteat non semel neque obscure significavit. Utrumne suadere secus multitudini, salva officii religione,

Vellent ita sentientes Pontificem ad pacem cum hostibus S. Sedis impellere.

liceat ? — Illud vero magis arrogans magisque praeposterum, consilia rerum gerendarum dare, Sedique Apostolicae quid optimum factu sit, velle ostendere. Sane eiusmodi disputationum huc fere summa redit, expedire atque utile esse, sedate Nos pacateque acquiescere rebus novis ac temporibus. Scilicet quod est per vim iniuriamque actum, id cuperent Nostra fieri voluntate ratum ; perinde ac minime

Sed conditio S. Sedi facta nullo modo rata haberi potest.

liqueret, hanc rerum conditionem, in quam diu compellimur, omnino esse et a dignitate romani Pontificis alienam, et verae eius libertati repugnantem, ita quidem ut non illam accipere, sed perpeti necessitate coacti debeamus quoad summo ac providentissimo rerum humanarum moderatori

Violata Roma non populorum sed sectarum studio fuit.

Deo placuerit. — Praeterea civilem romanorum Pontificum auctoritatem non populorum voluntas, sed verius pravarum sectarum audacia violavit : illae quippe sacram coniuratae

evertere potestatem, initium excidii a civili principatu fecere, ut hoc veluti expugnato deiectoque praesidio, in illam ipsam conatus suos impetusque converterent. Id iam quam aperte obstinateque moliantur res loquitur ipsa. — Opportunum est igitur ac magnopere salutare munire animos diligenter contra huius generis scripta, eo periculosiora quod, ut plurimum, simulatione modestiae atque ementita religionis specie multitudini imponunt. — Caelestium munerum auspicem ac benevolentiae Nostrae testem tibi, Venerabilis Frater, et Clero populoque tuo Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Muniendi sunt animi contra consilia speciem modestiæ præ se ferentia.

Datum Romae apud S. Petrum die 31 Martii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Ducem Norfolciae.

13 APRILIS 1889.

Levamen a litteris nomine catholicorum Britanniæ ad se missis egregium accepit Pontifex.

AD leniendum dolorem quo afficimur ex vulneribus, quae ab infensis hostibus quotidie graviora inferuntur Ecclesiae, nil Nobis videtur praestabilius filiorum amantium officiis, qui se zelo domus Dei profitentur incensos et libera saltem voce religionis ac veritatis adserunt iura. Gratum proinde solatium cepimus ex litteris quas nuper Tua Nobilitas ad Nos dedit nomine universae, cui praesides, societatis catholicorum maiorem Britanniam incolentium. — Ac merito quidem iucunda Nobis fuit concors et obsequens adsensio vestra vocibus Nostris, queis conquesti sumus direptionem temporalis principatus Apostolicae Sedis, laesionem sanctissimorum Ecclesiae iurium et iniquam acerbitatem legum quae potius de sacri ministerii perfunctione, quam de licentia criminum coërcenda non ita pridem in Italia perlatae sunt. — In quibus improbandis non minus sollers se prodidit prudentia vestra quam religionis studium ; scite enim pervidistis ancipitem ictum, quo Ecclesia percellitur, dum administrorum eius deterior fit conditio quam ceterorum civium, simulque poenarum metus obiicitur ne iidem conscientias fidelium, ceu recte scripsisti, ad religionis morumque defensionem audeant ducere. — Quum autem haec mala parta sint ab iis qui sese iactant communis libertatis civium adsertores ac vindices, peropportuna in eos cadit animadversio Nobilitatis Tuae tuorumque civium, quorum iudicium de iis quibus religiosa aut civilis libertas laeditur ab illis repudiari non potest. Utinam istud iudicium valeat, ut quotquot sincerus urget iustae libertatis amor, harumce legum poeniteat, sin minus pudeat, per quas honestissimus civium ordo tristi subiicitur servitutis iugo. — Quidquid tamen alii sentiant, vos certe laus manet illustris testimonii quod iustitiae ac veritati praebuistis, et filialis pietatis qua communi fidelium Parenti levationem aliquam doloris studuistis afferre. Huic filiali studio parem ultro rependi-

Iniqua nimis ipsis visa est conditio Ecclesiæ in Italia novis legibus facta.

Recte judicarunt quo tendat ictus administris Ecclesiæ illatus.

Gaudet Britannos catholicos sanum de vera libertate judicium tulisse.

Iterum gratias agens, duci societatique cui præest, paterne benedicit.

mus paternae caritatis vicem, ac caelestium ubertatem munerum vobis adprecantes a Deo, Apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, Nobilis Vir, et universae societati cui praesides peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 13 Aprilis 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Archiep. Card. Mechliniensem.

DE PROXIME HABENDO CATHOLICORUM CONVENTU.

14 APRILIS 1889.

Pontifex laudat consilium proxime habendi catholicorum conventus.

DE magno catholicorum virorum conventu, quem Mechliniae proxime habendum decrevistis, vere scribis, Venerabilis Frater, haud exigui momenti susceptum a vobis esse negotium. Sane ubi summa capita vidimus deliberationi iudicioque servata vestro, statim magnitudinem cognovimus varietatemque rerum, in quibus primum diiudicandis, deinde agendis, vestra versabitur opera. — Profecto, cum tanta passim multitudo numeretur rerum malarum conspiratione consentiens, pulcrum est in caussa honesta ac nobili tot elaborare viros, quibus nec claritas deest generis, nec auctoritas nominis, nec splendor honorum : atque unum in omnibus esse propositum, similem caritatem. Praecipue vero ista Nobis probatur voluntas vestra, quod videmus esse sapienter actuosam. Hoc enim vultis, hoc contenditis, meliores res populo cum virtute quaerere, mortalis vitae commoda cum magnis animorum bonis coniungere, christianaeque morum honestati non minus quam solatio miseriarum consulere. Optima sane maximeque efficax iuvandorum populorum ratio ; a qua quotquot deflectunt, pessimo publico deflectunt : omnium enim bonorum, quae vel homines singuli vel civitates natura ac ratione appetunt, inest in religione principium, in Evangelii virtute fundamentum. — Quapropter omnipotentem Deum obsecramus, ut communibus inceptis vestris volens propitius faveat, eiusque munere beneficioque fore confidimus, ut consilia ac labores vestri ad maiorem Belgici nominis prosperitatem conducant universaeque rei catholicae bene vertant. Caelestium donorum auspicem, benevolentiaeque Nostrae testem tibi, Venerabilis Frater, et quotquot Mechliniam auspiciis tuis convenerint, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Conspiratio illustrium virorum in defensionem veritatis, egregium spectaculum.

Imprimis laudandum studium meliorandæ miseræ opificum conditionis.

Ab Ecclesia et Evangelio remedium petendum.

Vota faciens pro felici conventus eventu, Pontifex benedictionem Mechliniam conventuris impertit.

Datum Romae apud S. Petrum die 14 Aprilis 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Episcopum Matritensem.

DE HABENDO CATHOLICORUM MATRITI CONVENTU.

19 APRILIS 1889.

PLURIMUM Nobis voluptatis attulit acceptum nuntium solemnis conventus, qui propediem Matriti a catholicis Hispanis erit celebrandus. Nam quum illius habendi consilium multam a Nobis meruerit laudem, necesse est ut ipsa rei effectio accidat Nobis optatissima. — Atque ex eo Nostra augetur laetitia quod novimus Hispanos fideles, pro ea qua praestant gravitate, positis partium studiis et opinionum dissidiis quod ad rationem civilem attinet, frequentes iter parare ad huius coetus sedem de rebus maximis acturos, quae religionis defensionem attingunt bonumque ac decus Ecclesiae. Potissime vero id Nos delectat quod in ea re gerenda praecipuae partes erunt sacrorum Antistitum qui numero plures aderunt in eo consessu, in quo nihil disceptari decernive poterit quin iis ducibus et auctoribus fiat. — Haec plane Nobis laetam spem ostendunt fructuum optimorum, quos conventus iste ubertim allaturus erit, dignos pietate et fide eorum qui in illum coiverint et accommodos temporum necessitati. At vero hi fructus eo erunt ampliores quo firmius persuasum erit Hispanis fidelibus id ab se flagitare officium ut, hominum gratia metuque posthabitis, connitantur in dies magis studiis viribusque collatis ad tuenda religionis iura et summas Ecclesiae rationes. Profecto incensum studium, quod ad hunc coetum celebrandum catholici viri istius regni praeseferunt, illustria ponit initia, nedum fausta praebet auspicia, gradiendi per hanc semitam, quae si alacriter emensa fuerit, non minorem datura est Ecclesiae utilitatem quam solidam Hispaniae gloriam. — Eo conferet imprimis summa consensio animorum et coniunctio voluntatum, cuius curandae fovendaeque munus tuum est, Venerabilis Frater, aliorumque Pastorum qui Hispanicis praesunt ecclesiis. Ad

Lætatur Pontifex de proxime celebrando Matriti conventu,

a quo optimos fructus expectat,

eo vel magis quo plures Antistites ibidem aderunt.

Hortatur ut fructus hujus conventus sit omnium concors ad tuenda religionis bona conspiratio.

Hanc consensionem zelo Præsulum commendat.

eam suadendam vestra spectat hortatio, ad noxias dissidii caussas avertendas vestra intendat auctoritas. Nec vero ambigimus quin hac ratione et ope multa et ingentia possint bona parari: plura et maiora quae humanis sunt impervia viribus dabit ipse Deus, si fervida et constanti prece fuerit exoratus. — Eius praesidio confisus erectoque animo, Venerabilis Frater, aggredere propositum opus quod ad incrementum catholici nominis et illustris gentis Hispanicae salutem benevertat. Adsit tibi aliisque in Christi nomine tecum congregatis divinarum sedium assistrix sapientia, viresque vestras confirment ac roborent gratiae caelestis auxilia. Quae quidem tibi aliisque in hoc coetu tibi adsidentibus large copioseque adprecamur, dum vobis universis et singulis Apostolicam benedictionem, paternae caritatis testem, peramanter impertimus.

Divina munera ipsis, conventurisque adprecatur.

Datum Romae apud S. Petrum die 19 Aprilis 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Episcopum Cremonensem

DE LAUDABILI EJUSDEM SUBMISSIONE.

LIBENTES intelleximus, id quod te facere aequum erat nec dubitabamus facturum, summa te voluntate potestatis legitimae decreto paruisse, iudicioque Nostro recentem illam lucubrationem tuam teque ipsum submisisse cum obsequii reverentiaeque testificatione debita. — Qua in re eminet profecto virtutis exemplum, nominatim in Episcopo laudandum : idque etiam insignius, quia maximâ populi coronâ libere editum. De illa vulgo cognita modestia Fenelonii nondum fama conticuit : quo ipso confirmatur, non tam esse miserum aliqua in re opinione delinquere, quam deliquisse fateri gloriosum. — Habes igitur, Venerabilis Frater, in ipsa facti conscientia praecipuum fructum consolationis : quamquam videri tibi iucunda ac perhonorifica debet etiam approbatio hominum sapienter iudicantium. Horum erga te voluntas illam quoque animi molestiam facile absterserit, quam debes ex eorum clamore plausuque cepisse, qui tua illa scriptura in suffragium caussae suae avidius abutuntur. — Ceterum intelligis quanti sit videre diligenter, ne caussa romani Pontificatus in angustiorem campum disceptando cogatur. Videlicet oportet in negotio tam gravi non iudicium ex eventis rerum mutabilibus facère, sed repetere altius rationes, serioque perpendere quid iustitia postulet, quid Sedi Apostolicae ad divinum munus suum desideretur. — Quod enim saepe diximus saepiusque est dicendum, in civili principatu non humana quaedam res, sed libertas vertitur officiorum Apostolicorum ac iurium : quae libertas alienae obnoxia esse potestati arbitrioque non debet. Idcirco decessores Nostri omnes incolumitatem tueri principatus sui omni contentione studioque conati sunt, Nosque ipsi conamur vindicare perseverantia pari, quantarum rerum contineat ille praesidium, aestimantes. Hoc iudicio dirigenda opinio est : hoc idem accurate animis inculcandum,

29 APRILIS 1889.

Laudat Pontifex modestiam qua, Fenelonium imitatus, Cremonensis Episcopus suum agnovit errorem.

Fructum hujus submissionis describit.

Ab alto tractanda est quæstio de Romano Principatu.

Agitur enim non de humana re, sed de divina libertate Ecclesiæ, a Pontificibus semper strenue vindicata.

praesertim cum apud multos, cetera laudabiles, liberiorum sententiarum plus aequo creverit favor. — Te interim paternae caritatis sinu complectimur, constanterque fore ut ipse benevolentiae Nostrae voluntate mutua tuorumque vicissitudine officiorum respondeas, certo scimus. Divinorum vero munerum auspicem, animique in te Nostri testem accipe Apostolicam benedictionem, quam tibi peramanter impertimus.

Præsuli amanter benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die 29 Aprilis 1889. Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Monachensem

DE RESPONSO AB ADMINISTRO REGIO EPISCOPIS FACTO.

29 APRILIS 1889.

SICUT acceptum studium habuimus quo Nos certiores fecisti mense Novembri superioris anni de postulatis tuis aliorumque Bavariae Antistitum ad Regiam Celsitudinem Luitpoldum regnum istud regentem, ut gravia removeantur incommoda quibus istic Ecclesia afficitur, ita et curam probavimus a te nuper adhibitam ut nobis exemplar afferretur rescripti, quo Regius Administer negotiis ecclesiasticis et scholasticis praefectus, nomine Principis Serenissimi, respondit petitionibus vestris ad Eum delatis. — At vero dolendum et responsionem illam Nostris vestrisque optatis neutiquam congruere. Nam licet Regius Administer in scriptione sua perhumaniter vobiscum egerit, vobisque in quibusdam assensus morem ultro gesturum spoponderit, quoad eius fieri poterit, in pluribus tamen, iisque gravissimis quae petita fuerunt vel adsensionem cohibuit, vel animum prorsus ab iis alienum ostendit. Imo in eo documento quaedam proferuntur quae cum catholica doctrina componi nequeunt, vel principia oppugnant sanctissima, quae rata semper habuit Ecclesia de mutuis sacrae et civilis potestatis iuribus et officiis. Non est enim ambigendum quin decreta Apostolicae Sedis vel Oecumenicae Synodi, in iis maxime quae ad fidem spectant, suapte natura et vi omnes ad obsequium adstringant qui christiano nomine censentur, nec quidquam detrahi de eorum potestate si regio placito fuerint destituta. — Divinum enim magisterium, quod a Christo Domino traditum fuit Ecclesiae, sanctiones eius de fide et moribus immunes facit a censura et potestate eorum qui rei publicae praesunt administrandae. Si secus esset, ea fidei dogmata vel praecepta morum, quae perpetuo vera et iusta sunt, mutabilia fierent ex diverso imperantium ingenio pro tem-

Laudat Pontifex Episcopos Bavariæ de postulatis ad regni regentem missis ; necnon zelum quo responsum regii administri ad se afferendum curavere.

Responsum hoc, etsi perhumanum forma, nullatenus justis querelis facit satis

Imo injuriosa continet Ecclesiæ, quum decreta Apost. Sedis vel Œcum. Conc. regio placito subdat.

Magisterium Ecclesiæ jure divino independens est a sanctione quavis civili.

porum et locorum varietate. Praeterea ad tuenda Ecclesiae iura in Bavarico regno illud summopere valere debet, quod solemnis conventio inita fuerit inter Decessorem Nostrum Pium VII et Maximilianum I Bavariae Regem, semper ab Apostolica Sede religiose servata, cui ab altero e paciscentibus derogari vel abrogari nequit, altero ignaro vel abnuente. — Quapropter minime arbitramur vestri postulatus aequitatem ex eo infirmari quod civiles prostent leges quibus diversum ius constituatur. — Neque praeterire possumus acerbum illud Nobis accidisse quod omnis fere spes adimatur reversionis religiosis sodalibus, quorum salutare civibus ministerium est, ac legis favore, quo iamdiu usae fuerant, indignae habeantur virgines Deo devotae, quae in puellis instituendis utile magisterium exercent. Plena quidem aequitatis est facta vobis sponsio, abfuturos esse ab electione Moderatorum regularium Ordinum et votorum nuncupatione viros delegatos a civili potestate ; at huius promissionis vis ex eo minuitur quod adhuc aditus illis patere dicatur, si res ac tempus videatur postulare. — Ceterum dum damna deflemus, quae ex reiectis precibus vestris Bavaricae Ecclesiae sunt oritura, nondum spem abiicimus fore ut Deus misericors praesentem leniat asperitatem rerum et tempora vobis concedat laetiora. Id citius fiet si cum zelo Antistitum connitantur certatim fidelium studia ut errores Ecclesiae infensos, quos alia tulit aetas, profliget veritatis vis et iuris auctoritas.

Servanda solemnis conventio inita inter Pium VII et Maximilianum I.

Dolet Pontifex de injusta lege religiosos expellente, virginesque a scholastico munere arcente.

Sponsio de electionibus regularium æqua, sed precaria.

Damna ex rejectis precibus oritura deflens, meliora tempora a studio Antistitum expectat.

Tu vero, Venerabilis Frater, una cum aliis Episcopis Bavarici regni, perge constanter Ecclesiae iura tueri, tuoque ministerio impigre defungi. — Ampla vobis a Deo tribuetur merces, et a bonis omnibus laus si per vos veritatis vox nunquam obruta conticescat. Curate ut crediti vobis greges fide, innocentia, officiorum custodia, caritate omnibus exemplo sint ; ostendite paratiores vos esse ut bene de patria mereamini quam contemptores religionis parati sint ad nocendum. Id eo valebit ut omnibus demum persuasum sit nullum firmius praesidium esse quo civilis fulciatur auctoritas, quam sacrum ministerium vestrum cunctis nexibus expeditum. — Nos interim Deum adprecati ut fructus

Zelum Episcoporum Bavariæ stimulat, eisque benedicit.

laborum vestrorum multiplicet secundum divitias suas, vosque ope sua potenti sustentet ac protegat, Apostolicam benedictionem tibi, aliis Bavariae Episcopis, itemque Clero et fidelibus vigilantiae vestrae concreditis peramanter impertimus. *29 APRILIS 1889.*

Datum Romae apud S. Petrum die 29 Aprilis 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Rectorem Univers. Cathol. Lugdunensem.

DE CATHOLICO CONVENTU LUGDUNI HABITO.

27 APRILIS 1889.

Pontifex gratias agit de acceptis litteris gesta conventus Lugdunensis describentibus.

DESCRIPTIO rerum quae gestae sunt in conventu catholicorum Lugduni habito, grata licet per se, iucundior tamen Nobis obvenit ex adiectis litteris, quas die Magno Leoni sacra ad Nos dedisti cum decurionibus ac praeceptoribus Universitatis Lugdunensis aliisque dilectis filiis a quibus nobile istud Athenaeum celebratur. — Siquidem ex iis litteris comperimus, eamdem animis vestris inesse observantiam in Apostolicam Sedem, eamdem sollicitudinem de eius libertate ac praesidiis ad eam tuendam necessariis, quam diserte explicaverant in conventu fidelium istic coacto egregii viri, honoris gradu et prudentia spectatissimi. Quod illorum sententiis ac votis ipse et coetus cui praees pleno suffragamini adsensu, id Nos delectat magnopere, cum quia significationibus filialis studii gratia adiicitur ex meritis et doctrina expromentium, tum quia reliqua hominum multitudo facile eorum exemplo ducitur, quos optimis disciplinis novit excultos. — Maximae vero laudi vobis esse censemus curam praecipuam quam, intenti sapientiae studiis, ad religionem confertis, per quam homines Deo iunguntur qui scientiarum Dominus est ; nec non studium quo adseritis Ecclesiae iura, cuius magisterium divinae veritatis luce mentes illustrat, multisque errorum sordibus ipsam rerum humanarum scientiam praestat immunem. Dum itaque merita vos honestamus laude, etiam atque etiam hortamur ut magno animo eam pergatis emetiri viam quam virtus fidesque vestra vos iussit inire, et libertatem Ecclesiae eo constantius tueamini, quo pertinacius hostes infensi eam in servitutem petunt et conantur redigere. In hoc certamine pro iustitia suscepto ne desinatis unquam pias adhibere preces praepotenti Deo in cuius manu victoria est, quique militibus suis vires

Laudat acta in hoc catholico conventu.

Imprimis laudat studium quo incumbitur sapientiæ christianæ, et quo Ecclesiæ juria vindicantur;

in quibus ut perseveretur instat, Deo auxilium ministrante.

praeliandi suppeditat. — Nos interim Eum adprecamur ut vos sua virtute confirmet, suaeque sapientiae lumine perfundat, simulque horumce donorum auspicem Apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, praedictis doctoribus, aliisque, qui tuis litteris suum adscripsere nomen, peramanter impertimus.

Apostolicam benedictionem impertit.

Datum Romae apud S. Petrum die 30 Aprilis 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Cardinalem Benavides y Navarrete Archi-episcopum Caesaraugustanum

DE CONGRESSU CATHOLICO MATRITI HABITO.

7 MAII 1889.

Pontifex gratias agit pro epistola nomine coeuntium ad se missa.

NUNCIA ac testis gratissima studii et amoris tui, aliorumque qui tecum Matriti catholicorum primum habuere conventum, ad Nos pervenit obsequiosa epistola quam communi coëuntium nomine die vicesima quarta Aprilis Nobis misisti. Nullum equidem eas legentes officium desideravimus pietatis vestrae. — Pervidimus enim auspicata congressui vestro dedisse initia concordem omnium concentionem in profitenda immota fide et obedientia erga supremam hanc Beati Petri Sedem, utpote quae lucem veritatis praefert ad illustrandas mortalium mentes, et vitalem vim effundit qua fideles omnes in unum corpus coalescunt. His exordiis illud consentaneum fuit quod statutum habuistis deliberationes et scita vestra exigere ad normam documentorum quae pro temporum necessitate litteris Nostris encyclicis complexi sumus. — Atque id certam Nobis spem fecit munitam tutamque vos inituros viam in perquirendis atque expendendis caussis unde parta sunt mala, quae in totam irrepserunt hominum societatem, ac faciliorem fore vobis agnitionem remediorum per quae, pro varia locorum ratione variisque hominum generibus, ea possint averti mala, vel leniri saltem eorum acerbitas. Neque vero levi Nobis voluptati fuit coniunctissima voluntas qua Sedis Apostolicae adseruistis libertatem et iura, palam professi, reddenda Nobis esse ea libertatis praesidia et ornamenta dignitatis, quibus summi providentia Dei Romanum Pontificatum instruxit, ut expedite obiret excelsum ministerium suum ad Ecclesiae bonum et ipsius rei publicae salutem.— Hinc facile intelligimus vehementer vos dolere eas quibus conflictamur molestias et conditionem miseram quo communem fidelium Patrem redegit

Laudat conventus Matriti habiti devotionem in S. Sedem,

docilitatem erga doctrinam ejusdem,

unde magna spes salutis prosilit;

studium pro vindicanda Sedis Apostolicæ libertate;

querelas et expostulationes de molestiis eidem per hostes illatis.

vis hostium, qui in hac sede Nostra rerum potiri voluerunt Ecclesiae ipsius meditantes interitum. Quare non minus significationes amoris et fidei, quam querelas et expostulationes vestras habuimus acceptissimas ; ac Deum adprecati ut ex iis, quae a vobis cauta et constituta fuerint, fructus educat salutis uberrimos ad religionis incrementum solidamque prosperitatem et gloriam illustris nationis vestrae, Apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, nec non Venerabilibus Fratribus aliisque dilectis filiis, qui tecum in hoc catholicorum conventu consedere, ac ceteris Hispanici regni fidelibus peramanter in Domino impertimus.

Catholicis Hispanis benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die 7 Maii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

ad S. R. E. Cardinales.

DE MISERA CONDITIONE SEDIS APOSTOLICAE.

24 MAII 1889.

Dolet Pontifex de conditione semper graviore S. Sedi a capta urbe facta.

AMPLISSIMUM Collegium vestrum itemque ordinem Episcoporum hodierna die suppleturi, valde velimus pacatiore vos laetioreque animo affari, nihilque in hunc locum, nisi quod audire liberet, afferre. — At vero qui possumus in tam aspero laboriosoque statu? Circumstant, ut videtis, mala atque incommoda eadem quae undeviginti ante annis, capta Urbe, consecuta sunt: imo evasere diuturnitate graviora, nec apparet quem sint habitura modum, si voluntas inimicorum spectetur, quibus longo successu crevisse animos, nimis acerbe experimur. — Testes estis, Venerabiles Fratres, quali res ferantur cursu, quanta sit in Pontifice violando ex una parte audacia, ex altera impunitas. Neque dubium est quae consilia agitentur: erumpunt enim undique, et multiplici factorum testimonio convincuntur. Scilicet adversus instituta christiana acerbiores quotidie exercentur inimicitiae, constrictâ romani Pontificis oppressâque libertate. Idcirco contra sacram Sedis Apostolicae potestatem incitari opinionem popularem, invidiamque multitudinis quotidiana dictorum petulantiâ impune inflammari videmus. — Iamque huc ventum est, ut in hac ipsa urbe, in conspectu prope Nostro, impietati liceat religionem IESU CHRISTI insigni eademque perenni iniuria lacessere, honoribus virtuti debitis desertori catholici nominis non sine insolenti ostentatione decretis.

Nova consilia hostium religionis detegit.

Queritur de seducto populo,

de religione publice lacessita, deque honoribus homini impio decretis.

Hic status rerum romanarum tenet suspensos catholicos cujusvis nationis.

His de caussis catholicos ex omnibus terris assidua quaedam tenet, velut fixa in pectore, sollicitudo. Neque enim possunt aut ferre leviter parentis publici indignam conditionem, aut libertatem augustissimi ministerii non curare in Episcopo animarum suarum. — Consolari Nos pietate mirabili maximoque studio numquam intermittunt:

novissimo autem tempore, cum ex variis Europae partibus in civitates principes summa voluntate convenissent, utilia rebus communibus consilia inter se collaturi, nostis quantam partem cogitationum et curarum suarum Sedi Apostolicae tribuerint. Iamvero quod censuerunt, ad custodiendam Apostolici muneris in Pontifice libertatem civili principatu esse opus, sententias suas ad exemplum doctrinasque Sedis Apostolicae, ut aequum erat, conformarunt. Quod autem enitendum sibi omni ratione legitima decreverunt, ut re ipsa Pontifex in libertatem debitam restituatur, iure suo usi sunt, caussae iustissimae, quae catholicorum omnium communis putanda est, tutelâ suscepta. — Pro qua caussa Nos quidem maxime et ante alios, ut debemus, diu propugnamus, ab eâque vindicanda, ita adsit propitius Deus, nec longinquitas temporis Nos, neque ulla difficultatum magnitudo deterrebit.

Congressus illustres nuper in eum curas verterunt,

suas facientes expostulationes Sedis Apostolicæ.

Iam, ut propositum exsequamur, adlegere in Collegium vestrum decrevimus Episcopos aliquot ex Gallia, Belgio, Bohemia, pietate doctrinâque commendatos, qui in sua quisque dioecesi administranda luculentum virtutum episcopalium dedere specimen : item duos Antistites Urbanos, qui per varios munerum gradus laudabilem operam Sedi Apostolicae diu navarunt. Ii autem sunt

Novi Cardinales e Gallia, Belgio, Bohemia creantur.

FRANCISCUS MARIA RICHARD, Archiepiscopus Parisiensis :

IOSEPHUS ALFREDUS FOULON, Archiepiscopus Lugdunensis :

AMATUS VICTOR GUILBERT, Archiepiscopus Burdigalensis :

PETRUS LAMBERTUS GOOSSENS, Archiepiscopus Mechliniensis :

FRANCISCUS PAULLANUS SCHOENBORN, Archiepiscopus Pragensis :

ACHILLES APOLLONI, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecamerarius :

CAIETANUS DE RUGGIERO, Praefectus Operum Vaticanorum.

Quid vobis videtur ?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum

FRANCISCUM MARIAM RICHARD
IOSEPHUM ALFREDUM FOULON
AMATUM VICTOREM GUILBERT
PETRUM LAMBERTUM GOOSSENS
FRANCISCUM PAULLANUM SCHOENBORN.

Ex Ordine Diaconorum

ACHILLEM APOLLONI
CAIETANUM DE RUGGIERO.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

EPISTOLA

ad Archiepiscopum Mediolanensem.

DE OBEDIENTIA DEBITA DECRETO « POST OBITUM » PROPOSITIONES ROSMINIANAS DAMNANTI.

1 JUNII 1889.

LITTERIS ad te, Venerabilis Frater, et ad Archiepiscopos Taurinensem et Vercellensem itemque ad Episcopos provinciarum istarum, datis die 25 Ianuarii an. 1882, officii Nostri duximus vobiscum agere de quibusdam dissensionum initiis deque periculis, quae imminere videbamus ob graves istis ipsis in provinciis exortas, praesertim inter ephemeridum auctores, de philosophico-theologicis Antonii Rosmini doctrinis disceptationes. — Providentiae curaeque vestrae esse diximus, nihil omittere quod ad modum aliquem animorum ardori imponendum magis aptum videretur ne veritatis inquirendae studium in detrimentum evaderet caritatis et iustitiae. — Illud etiam addebamus, satius esse ut catholici praesertim ephemeridum scriptores ab huiusmodi quaestionibus tractandis abstinerent: et hanc Sedem Apostolicam de gravioribus negotiis, potissimum quae ad sanctitatem atque integritatem catholicae veritatis pertinent, pro sui officii ratione sollicitam evigilare, ea adhibita consilii maturitate in qua quemlibet catholicum virum par est conquiescere.

Pontifex recolit epistolam suam 24 jan. 1882, de sedandis controversiis rosminianis,

deque zelo ephemeridum scriptorum ad utiliora provehendo.

Propositum quidem Nobis erat, iteratis quamplurium doctorum virorum, etiam ex ordine Episcoporum, votis satisfacere, qui nempe enixis precibus postularant, ut placeret Nobis de Antonii Rosmini scriptis cognoscere ac decernere. — Enimvero Nos istiusmodi curam demandavimus consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum Cardinalium S. R. et U. Inquisitioni praepositorum: norunt autem omnes huius Praefecturam Consilii ab ipso geri Pontifice maximo. Illi autem voluntati praeceptisque Nostris obsequuti sunt, eâ, quam negotii gravitas desiderabat, prudentiâ et iudicii

Recolit historiam decreti « Post obitum », quo, matura præmissa deliberatione, quadraginta propositiones Rosmini damnatæ sunt.

maturitate adhibita : nimirum pluribus conventibus habitis, sententias omnes, quotquot ipsis erant ad examinandum propositae, cura fuit cognoscere penitus et multa deliberatione perpendere. De iis vero quae singulis conventibus acta ac deliberata, continuo Nos, uti iusseramus, eiusdem sacri Consilii Assessor accurate fidelissimeque edocebat. Demum die 14 Decembris anni 1887 fieri placuit decretum « Post obitum » quo nimirum « propositiones » quadraginta ex Antonii Rosmini operibus posthumis magnam partem depromptae, eidemque decreto adiectae, damnantur. — Hoc decretum, profecto ad doctrinam pertinens, prout est una cum « propositionibus » supra dictis editum, plane approbavimus et Nostra confirmavimus auctoritate : illud tamen, certis de caussis, non ante evulgari iussimus, quam quo evulgatum est die, scilicet 7 Martii an. 1888.

Decretum hoc se probasse testatur, certisque de causis solum 7 martii 1888 evulgari jussisse.

Quare nullo modo ei refragari licet,

Haec tibi, Venerabilis Frater, per has litteras significanda censuimus : neque enim desunt qui tueri ac persuadere verbo scriptove contendant, quum de decreto « Post obitum » agitur, de decreto agi, cui refragari impune liceat ; illud prope inscientibus Nobis factum itemque latum promulgatumque sine approbatione Nostra esse.

ac si Pontifex a Consilio Inquisitionis esset sejunctus.

Praeterea hac ipsa in re sacrum Inquisitionis Consilium a Pontifice maximo seiungunt ac separant ; in quo sane apparet callidior quaedam tergiversatio cum suspicionibus non aequis temere coniuncta. — Nos quidem propensi ad clementiam natura et officio sumus : consuevimus etiam benevole atque amanter complecti quotquot esse prompta ad obediendum voluntate vidimus ; nec facile patiemur talem in Nobis consuetudinem lenitatis exsolescere ; sed tamen eam, quam diximus nonnullorum agendi rationem Nobismetipsis et Apostolicae Sedi iniuriosam, non possumus non improbare vehementer. — Probe cognitum Nobis est, Venerabilis Frater, haud exiguas a te curas susceptas, ut decretum illud sincero ac prompto, uti catholicae Ecclesiae filios decet, mentis et voluntatis obsequio ab omnibus e Clero populoque tuo exciperetur : dolendum tamen, hisce curis tuis non eum, quem velimus, respondisse exitum. — Maiorem itaque in modum te hortamur, ut coeptis alacriter

Etsi ad clementiam prona, tales excessus non potest S. Sedes non improbare.

Stimulat Pontifex Antistitis zelum ut hæc offensio tollatur.

insistas, ac modis omnibus studeas quamlibet in hoc genere caussam offensionis removere. Divini autem favoris auspicem, paternaeque benevolentiae Nostrae tamquam pignus, Apostolicam benedictionem, tibi, Venerabilis Frater, universaeque archidioecesi tuae peramanter impertimus. *I Junii 1889.*

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Iunii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Abbates et priores monasteriorum O. S. B. in Austria.

DE CONVENTU NUPER SALISBURGI HABITO.

7 JUNII 1889.

Pontifex lætatur de felici successu conventus Salisburgensis,

GRATA Nobis et iucunda, quae de recenti vestro conventu, Deo bene iuvante, feliciter acto, retulit Nobis dilectus Filius Noster Seraphinus Vannutelli Cardinalis, qui eidem conventui mandato Nostro iussuque praefuit. Cognoscere quippe licuit tum alacritatem amoremque parendi, qui vos Salisburgum, eius rei caussa, frequentes perduxit, tum collatam a vobis, concordi studio diligentissimeque, operam Constitutionibus condendis novis, queis cuncta ex Austria monasteria regantur. Maxima enim cura fuit ea providere ac statuere, quibus omnis actio vestra opportunior temporibus evadat, potissimumque fructus uberes in eo gignat, quod vel ad sacrorum munerum administrationem vel ad iuventutem recte instituendam pertinet. — Item delectati valde sumus communi epistolâ, amoris et officii plenâ, quam ad Nos mittendam curastis una cum ipsarum codice Constitutionum, quibus approbationem Sedis Apostolicae cupitis accedere. — Ex his consiliis atque actis fore confidimus ut efficax disciplinae communis incrementum existat, idque non modo singulis salutare sit, sed universo etiam faustum et gloriosum ordini Benedictinorum, qui virtute, nomine rebusque gestis tanto plus excelluit, quanto sanctius Conditoris sui et spiritum retinuit et leges custodivit. — Interim caelestium munerum auspicem, paternaeque Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, et religiosis sodalibus vestris peramanter impertimus.

necnon de epistola cum Constitutionum codice accepta.

Inde spem nutriens majoris incrementi ordinis monastici,

benedictionem peramanter impertit.

Datum Romae apud S. Petrum die 7 Iunii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE FESTO SANCTISSIMI CORDIS IESU

RITU DUPLICI PRIMAE CLASSIS

CELEBRANDO.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

28 JUNII 1889.

Pontifex faustum omen capit ex sæcularibus festis in honorem SS. Cordis celebratis.

BENIGNO divinae providentiae consilio contingere arbitramur, ut altero exeunte saeculo, ex quo praecipua caritatis beneficia per Christum Redemptorem in humanum genus collata sub Sanctissimi Cordis IESU symbolo cultu peculiari recoli coepta sunt, saecularia sollemnia ob rei memoriam in universa Ecclesia peragantur. Nos quidem faustitate huius eventus sicut suavi quadam pietatis et caritatis dulcedine perfundimur, ita ad bonam erigimur spem, huiusmodi sollemnia haud vacua populo christiano futura esse fructu. Maxime interest aeternae animarum salutis, ut christiani omnes « crescant in gratia et cognitione Domini Nostri IESU CHRISTI, ipsiusque sciant supereminentem scientiae caritatem », ita ut partem aliquam velint ingentis caritatis animo concipere, qua Sacrosanctum cor IESU est inflammatum. Profecto ipse nihil potius habet, quam ut amoris ignis, quo cor suum conflagrat, in hominum animis eliciatur, quemadmodum suis testatus est discipulis : « Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur ? » Quo vero homines miro huic ac pleno amoris desiderio libentius obsequantur, magnorum facta praemiorum promissione, eorum spe IESUS omnes ad se invitat, atque allicit. Ad eum igitur, qui mutuum a nobis amorem quasi mercedem exigit caritatis suae, nos conferamus et sanctissimum Cor eius amore pariter ac vulnere saucium perfugium nobis paratum putemus. Si quidem eam ob caussam, sicut multi vitae sanctitate clari testati sunt, Cor IESU hastae mucrone in cruce transfixum est, nimirum ut christiani homines quemdam in eo quasi recessum quo confugerent, ubi requiesce-

Christus ignem, quo Cor suum ardet, cupit accendi in mundo.

Promissis ipsius allecti, adeant fideles istud Cor, lancea apertum ut ipsos excipiat.

rent, haberent. Et quidem vel per hos dies oblata saecularis solemnitatis celebrandae occasione Deus homines admonere velle videtur, ut recipiant se ad IESUM CHRISTUM, et ii praesertim, qui laborant et onerati sunt, in sacro Corde eius munimen contra salutis suae hostes et pacis tranquillitatem requirant. Eiusmodi vero ad Cor divinum christianorum accessus uti iis salutaris est vitae ita IESU gratus et acceptus. Praecipuus enim huius cultus finis ille est, scilicet ut ingrati animi crimen tam hominibus commune debitis obsequii, amoris et pietatis officiis expietur et Deus per Sanctissimum Cor IESU humano generi placetur. Quapropter studeant omnes christiani amantissimum Cor illud, quantum possunt, redamare ; studeant idem in tanta temporum iniquitate non modo neglectu, sed iniuriis etiam et nequioribus quotidie ausibus lacessitum, supplici atque humili obsecratione lenire ; studeant scelera pietate, maledicta piis laudibus, contemptum amore rependere. Nos vero, quantum in Nobis est, nihil praetermittimus, ut in fausto hoc eventu augeatur christianorum pietas et saluberrima Cordis IESU religio provehatur, quum praesertim, Deo volente, adeo iam aucta et confirmata sit, ut in ea praesidium et columen christianae reipublicae non immerito collocetur. Quamobrem quum complures sacrorum Antistites, Clerus et populus ex omnibus orbis terrarum partibus supplices ad Nos preces admoverint, ut festum Sacrosancti Cordis IESU ad superiorem ecclesiasticae liturgiae ritum evehere velimus, Nos moti etiam exemplo summorum Pontificum decessorum Nostrorum, nominatim Innocentii XII, Clementis XIII, Pii VI et Pii IX, benigne piis eorum optatis adnuendum censuimus. Quare, quod bonum faustumque sit populo christiano et SSmi Cordis IESU cultui benevertat, Apostolica auctoritate Nostra, perrogata etiam Congregationis S. R. E. Cardinalium sacris ritibus tuendis praepositorum sententia, Sacri Cordis IESU festum ad ritum duplicis primae classis, sine octava, in universa Ecclesia evehimus, absque tamen praecepto audiendi Missam et a servilibus abstinendi, nulla facta mutatione relate ad eos, qui amplioribus ex huius Apostolicae Sedis indulto gaudent privile-

Adeant illud per hæc festa, ingratorum offensiones expiaturi placatione sui amoris.

Ad augendum cultum tutelarem SS. Cordis, Pontifex, multorum votis cedens, decessorumque motus exemplis,

festum Ejusdem ad ritum duplicis primæ classis sine octava provehit, quin tamen sit de præcepto.

giis. Idem festum feria sexta post octavam Corporis Christi tanquam in sede propria recolatur et sollemnitatibus dumtaxat ritus duplicis primae classis universae Ecclesiae, nempe Nativitatis S. Ioannis Baptistae ac SS. Apostolorum Petri et Pauli, nec non festis particularibus eiusdem ritus, ceu dedicationis et titularis Ecclesiae, locique Patroni, quando haec sub duplici praecepto fiant, cedat locum; quibus casibus die immediate festum subsequenti, velut in sede propria reponatur. In concurrentia vero cum octava festi SS. Corporis Christi vesperae integrae fiant eiusdem octavae sine ulla commemoratione, habita ratione indolis utriusque festi. Quoad concurrentiam vero cum duplicibus primae classis ambae vesperae ordinentur iuxta rubricas et decreta sacrorum rituum Congregationis. Praeterea ad christianorum pietatem in Sacrosanctum Cor IESU impensius fovendam, pari auctoritate Nostra Apostolica, ut in iis Ecclesiis, vel oratoriis ubi die festo sive proprio, sive translato ipsius Sacri Cordis IESU coram SS. Eucharistia divina officia persolventur, Clerus et populus, qui hisce officiis intererit, easdem lucretur indulgentias, quas fidelibus per octiduum Corporis Christi divinis officiis adsistentibus Summi Pontifices largiti sunt, concedimus atque impertimus. In iis vero Ecclesiis et oratoriis ubi feria sexta, quae prima unoquoque mense occurrit, peculiares pietatis exercitationes in honorem Divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peragentur, indulgemus ut huiusmodi piis exercitationibus addi valeat Missa votiva Sacri Cordis IESU, dummodo in illum diem non incidat festum aliquod Domini, aut duplex primae classis, vel feria, vigilia, octava ex privilegiatis, de cetero servatis rubricis. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, illisque ad quos spectat et pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

28 JUNII 1889.

Quædam de ordine festi deque concurrentia diffiniuntur.

Ubi hoc festum coram exposita S. Eucharistia celebratur, indulgentiæ octidui Corporis Christi ipsi adnectuntur.

Votiva Missa SS. Cordis conceditur pro solemnitate primæ feriæ VI cujusque mensis.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 28 Iunii 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Pro D. CARD. LEDOCHOWSKI
T. Archiep. Seleuciensis, *Substitutus.*

ALLOCUTIO

ad S. R. E. Cardinales

DE SIGNO APOSTATAE BRUNO ROMAE ERECTO.

30 JUNII 1889.

Pontifex detegit rationem cur Sacrum Collegium extra ordinem vocaverit.

QUOD nuper, cum Vos hoc ipso in loco alloqueremur, novas easque graviores iniurias contra Ecclesiam romanumque Pontificatum comparari in hac alma Urbe diximus, id plane est, summo cum animi Nostri dolore omniumque bonorum offensione, patratum. — De qua re convocari Vos extra ordinem iussimus, ut liceat promere in medium, quo Nos modo affecerit indigne factum, itemque libere, uti par est, in conspectu vestro tantum nefas exsecrari.

Impia sectæ consilia, quæ ab expugnatione urbis ad evertendam Ecclesiam tendunt,

Post conversionem rerum italicarum, romanaeque expugnationem Urbis, vidimus profecto religionem sanctissimam Sedemque Apostolicam longa iniuriarum serie violari. — Sed pravae hominum sectae acriter ad peiora, nondum concessa, tendunt. Obstinavere animis principi catholici nominis Urbi omnis profani moris impietatisque imponere principatum : atque huc flammas invidiae undique collectas admovent, ut hanc Ecclesiae catholicae velut arcem adorti, opportunius moliantur ipsum lapidem angularem, quo illa nititur, funditus, si fieri posset, evertere. Revera, quasi non satis ruinarum tot iam annos edidissent, en semetipsos conati audaciâ vincere, uno ex sanctissimis anni christiani diebus, monumentum statuunt in publico, quo contumax in Ecclesiam spiritus posteritati commendetur ; simulque doceatur, capitale cum catholico nomine geri bellum placere. — Id velle, nominatim machinatores facti fautoresque praecipuos, res loquitur ipsa. Augent honoribus hominem dupliciter transfugam, haereticum iudicio convictum, cuius usque ad extremum spiritum est provecta adversus Ecclesiam pertinacia. Imo his ipsis de caussis ornandum censuere: neque enim in eo vera decora constat fuisse. Non singularem rerum scientiam : sua quippe ipsum scripta *pantheismi*

ad summum audaciæ per recens erectum signum pervenere.

Tam impii hominis glorificatio, belli indictio est.

arguunt turpisque *materialismi* sectatorem, vulgaribus implicatum erroribus, a semetipso non raro dissidentem. Non ornamenta virtutum, cum contra mores eius documento posteritati sint extremae nequitiae corruptelaeque, quo hominem possunt non domitae cupiditates impellere. Non praeclare facta, non egregia in rem publicam merita: suetae illi artes, simulare, mentiri, sibi esse deditum uni, nec ferre si qui secus sentiret, adulari, abiecto animo pravoque ingenio. Honorum igitur, quos tali viro tantos habuerunt, ea vis, ea prope vox est, seorsum iam a doctrina divinitus tradita, seorsum a fide christiana vitam omnem institui, mentesque hominum a potestate IESU CHRISTI penitus vindicari oportere. — Quod plane idem est sectarum malarum consilium atque opus, quae, quacumque vi possint, alienare a Deo contendunt totas civitates ; et cum Ecclesia romanoque Pontificatu infinito odio atque ultima dimicatione confligunt. — Quo autem et iniuria foret insignior et caussa notior, dedicationem fieri magno apparatu, maiore frequentia placuit. Multitudinem non exiguam sua intra moenia undique accitam per eos dies Roma vidit: circumducta impudenter infesta religioni vexilla: quodque maxime horribile est, nec defuere signa cum simulacris *nequissimi*, qui subesse in caelis Altissimo recusavit, princeps seditiosorum, cunctarum instimulator perduellionum. — Scelesto facinori insolentia concionum scriptorumque addita, in quibus rerum maximarum sanctitati sine pudore, sine modo illuditur, vehementerque illa extollitur exlex cogitandi libertas, quae pravarum opinionum fecunda procreatrix est, unâque cum moribus christianis fundamenta quatit disciplinae societatisque civilis.

Glorificatur Bruno non propter scientiam, — vulgaris fuit; — non propter mores, — erat moribus horrendus ; non propter merita in rem publicam, — abjectum animum prodidit ; sed propter rebellionem in Ecclesiam ; inde sectis gratus.

Addenda solemnitas insueta hujus dedicationis :

vexilla impia, imo vexilla nequissimi *Roma intra mœnia vidit.*

Quid de concionibus, de scriptis pravam libertatem extollentibus ?

Tam triste autem opus longa praeparatione curari, instrui, perfici licuit, non modo scientibus qui praesunt, sed favorem atque incitamenta prolixe aperteque praebentibus.

Quæ omnia perfici licuit, annuentibus qui præsunt.

Acerbum dictu, ac simile portenti est, ab hac alma Urbe, in qua domicilium Vicarii sui Deus collocavit, rebellantis in Deum rationis humanae manare praeconium : atque unde incorrupta Evangelii praecepta et consilia salutis petere orbis terrarum consuevit, ibi, conversis inique rebus, nefa-

Est revera abominatio desolationis in loco sancto.

rios errores ipsamque haeresim monumentis impune consecrari. Huc Nos traxere tempora, ut *abominationem desolationis* videremus *in loco sancto.*

Pontifex indignabundus orbi catholico tantum facinus denunciat.

In tanta indignitate rerum, quoniam christianae reipublicae regimen cum custodia tutelâque religionis commissum Nobis est, testamur, offensam contumeliâ Urbem, sanctitatemque fidei christianae ignominiose violatam: universoque orbi catholico sacrilegum facinus, querendo indignandoque, denunciamus.

Hæc iniuria docet sectas Pontificatus eversionem moliri;

Pontificem iure divinum munus, non humanam rem defendere; falsas fuisse omnes erga Pontificem obsequii promissiones;

Romam, sectarum mente, caput impietatis destinari.

Verumtamen utilia documenta fas est ex iniuria capere. — Hinc enim magis magisque apparet, num quieverint, everso principatu civili, hostiles animi, an aliud expetant ut extremum, scilicet ipsam aequare solo sacram Pontificum auctoritatem, fidemque christianam ex stirpe delere. — Similiter eminet, num Nos in repetendis Apostolicae Sedis iuribus humanâ aliqua re, an potius libertate Apostolici muneris, dignitate Pontificis, atque ipsâ rerum italicarum germana prosperitate moveamur. — Denique ex hoc ipso rerum eventu nimium nosse licet, quid valeant et quo ceciderint tam multa et ampla, quae initio promittere ac spondere non dubitaverant. Obsequia enimvero omnisque venerationis officia, quibus romanum Pontificem honestari liberaliter se velle aiebant, iniuriae contumeliaeque gravissimae sensim consecutae sunt; quarum nunc maxima atque in omnium luce et conspectu mansura, impuri perditique hominis monumentum. — Hanc item Urbem, quam fore semper et gloriosam et tutam romani Pontificis sedem affirmabant, caput esse novae impietatis volunt, ubi rationi humanae, velut in divino fastigio positae, cultus adhibeatur absurdus et procax.

Patet inde quid libertatis vel dignitatis Pontifici relictum sit.

Itaque reputate apud vos, Venerabiles Fratres, quaenam Nobis in summo fungendo munere Apostolico, vel libertas vel dignitas relicta sit. — A metu et periculo ne persona quidem abest Nostra: nemo enim unus ignorat, quorsum conspirent quidve petant homines pessimarum partium; nec quisquam est quin videat, eos ipsos, secundis usos temporibus, et numero in dies et impudentia magis valere, decretumque habere non ante quiescere, quam res ad extre-

30 JUNII 1889.

Hostes S. Sedis ad extremum res deducere volunt.

Poterunt ad tempus, specie utilitatis, contineri.

Metuendum non minus est, fore ut tandem aliquando finem attingant.

mum casum perniciemque compulerint. Quod si in re, de qua conquerimur, unâ deterrente utilitatis caussa, non tanta illis data licentia, ut prava sua consilia vi etiam manuque infestâ persequerentur, nemo facile sibi suadere queat, non aliquando, opportunitatem nactos, ad id quoque sceleris esse venturos ; maxime quod in eorum sumus potestate, qui nec verentur sic criminari Nos publice, quasi inimico atque infenso in Italicas res animo essemus. — Nec minus metuendum est, ne proiecta ad omne facinus audacia perditorum hominum inflammataeque libidines, non aeque semper coerceri possint et restingui, si forte tempora inciderint magis formidolosa et turbulenta, seu propter civiles turbas rerumque publicarum conversiones, seu propter motus calamitatesque bellorum. — Ita eo testatius apparet, quae demum conditio teneat summum Ecclesiae Caput, Pastorem et Magistrum catholici nominis.

Sed, quum spe divinæ opis, tum conscientia officii sustinetur Pontifex.

Hac Nos profecto acerbitate aegritudinum et mole curarum, devexa praeterea ut sumus aetate, pene fracti conficeremur, nisi erigeret animum viresque sustentaret quum exploratissima spes, fore nunquam ut Vicarium suum divina ope Christus destituat, tum conscientia officii, qua sancte monemur, eo Nos debere firmius ad gubernacula Ecclesiae incumbere, quo saeviat in eam acrius errorum et cupiditatum ab inferis concitata procella. — Spem igitur et fiduciam omnem habemus in Deo sitam, cuius agitur caussa, confisi maxime deprecatione praesentissima, quam incenso animi studio imploramus, magnae Virginis, christiani populi Adiutricis, itemque beatorum Principum Apostolorum Petri et Pauli, quorum in tutela et praesidio alma haec Urbs feliciter semper conquievit.

Simul implorato adjutorio Virginis Mariæ, Principumque Apostolorum,

Pontifex hortatur

Italiæ Episcopos,

Iamvero, quemadmodum vos, Venerabiles Fratres, dolores Nobiscum precesque ad Deum, conservatorem et vindicem Ecclesiae suae, assidue consociatis, ita minime dubitamus, quin Venerabiles Fratres, per Italiam Episcopi, sint idem facturi constanter, atque adeo intentiore cura et opera, prout temporum poscunt discrimina, populo quisque suo sint consulturi. — In hoc praecipue contendant hortamur, ut aperiant illis planeque declarent, quantae iniquitatis et per-

fidiae instituta a religionis iisdemque patriae hostibus sint ad perficiendum suscepta. Rem videlicet esse de summo verissimoque bono, quod fide catholica continetur; nihil hostes conari impensius, quam ut italas gentes ab ea fide divellere possint et abstrahere, cuius munere omnis generis gloriâ et prosperitate ipsae diutissime floruerunt; viris autem catholicis nefas omnino tantis periculis indormire vel leviter occurrere; sed esse oportere in sua fide profitenda animosos, in tuenda stabiles, alacres quoque et paratos ad quasvis iacturas, si res postulent, pro ipsa faciendas. — Quae quidem documenta et monita cives romanos propius attingunt, quippe quod eorum fides, ut palam est, in periculosiores quotidie offensiones callide adducatur. At ipsi vero, quanto amplius a Deo fidei beneficium, ex tanta cum hac Apostolica Sede vicinitate et coniunctione, se habere sciunt, tanto magis in ea perseverare meminerint, patribus illis maioribusque digni, quorum fidem praeclara toto orbe fama celebravit. Ipsi porro atque Itali omnes, omnesque ubique catholici, tum precibus tum omni piorum operum genere, ne cessent a Deo contendere, si iram suam, tot in Ecclesiam nefariis conviciis insanisque contentionibus provocatam, clementius remittat, et communibus bonorum votis, misericordiam, pacem, salutem efflagitantium, benignissime obsecundet.

ut, sibi cum Sacro Collegio uniti, populos instantius instruant de temporum calamitatibus, deque officiis quæ bonis incumbant ad eas depellandas.

Monendi specialissime sunt fideles romani,

ne majorum degeneres evadant.

Omnes catholici ad orationem confugiant.

INSTRUCTIO

S. Congreg. Episc. et Regul.

QUA, OCCASIONE SIGNI BRUNO ERECTI, EPISCOPIS CATHOLICI ORBIS, PONTIFICIS IUSSU, OPPORTUNA MONITA PRAEBENTUR.

VARIUM ac multiplex genus moliminum, insidiarum et artium, quo tenebricosa Massonum societas Christi regnum in terris contendit evertere, perspicue explicatum fuit a Ssmo Domino Leone XIII per litteras encyclicas die 20 Aprilis anno 1884 datas, quarum initium « *Humanum genus* ». Ad eam eversionem parandam consilium initum perfectumque est potiendi urbe Roma, cuius consilii ratio simplices quidem latere potuit callidis declarationibus et promissis deceptos, fallere tamen prudentiores non potuit. Non enim obscura erant incitamenta et auxilia, quibus oppugnationem Urbis fovebat secta nequam ubique gentium diffusa, obtendens Italiae prosperitatem et decus, licet huic impenderent ob eam rem pericula externa et dissidia intestina. Pravum illud consilium apertius se prodidit ex iis quae subinde acta sunt in gravem Ecclesiae et romani Pontificatus perniciem. Sane eo loco, quo res nunc est, nemo nisi volens decipi posset, postquam adversae sectae proceres potentiorum elati patrocinio eorumque favore qui rei summae praesunt, re et verbis declararunt quid expetierint ut extremum in Urbe oppugnanda. Re quidem, dum testem esse voluere civitatem sanctam honorum, quibus extulerunt apostatae impurissimi flagitia et contumaciam, verbis autem quum principum suorum voce testati sunt palam, auspicari se per ea solemnia religionem novam in qua, spreto immortalis Dei dominatu, divinus humanae rationi adhibetur cultus.

18 JULII 1889.

Recoluntur encyclicæ litteræ Humanus genus *contra massonum sectam.*

Oppugnationem Urbis ad evertendam Ecclesiam a secta paratam fuisse, non ad procurandam Italiæ libertatem,

facinus ultimum aperte detexit.

Plane haec iam omnibus comperta sunt, quippe quae graviter ac dilucide orbi universo denunciavit, merita inusta ignominiae nota, Summi Pontificis augusta vox per Allocutionem, quam habuit in Consistorio extra ordinem coacto Iunio mense exeunte. Quamvis autem Pontificia

Denuntiatio solemnis coram Sacro Collegio nuper facta

ad universam spectat Ecclesiam.

oratio potissime spectaverit ad tuendam fidem Italorum, quae maxime petitur insidiis vocaturque in discrimen, atque imprimis Romanorum, inter quos nefarium scelus patratum fuit, censenda tamen ea res non est ad Episcopos et fideles ceterarum gentium non pertinere. Siquidem in hac Urbe principe catholici nominis bellum indictum est atrox communi fidei ac religioni, eiusque Capiti supremo, simulque iacta contumelia lacessiti sunt omnes, qui hanc profitentur fidem et huic Capiti obtemperant. Propterea Sacra haec Congregatio Episcoporum et Regularium negotiis praeposita, ex mandato Sanctissimi Patris, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et ceteris Ordinariis catholici orbis munus iniungit: I°. Ut in omnibus ecclesiis sibi subiectis ea hora qua maxima populi frequentia est recitari curent memoratam Allocutionem Pontificiam in vernaculum sermonem translatam: II°. Ut per litteras pastorales, sermones parochorum aliorumque sacerdotum, qui sacras conciones habent, doceri curent fideles gravitatem facinoris de quo in eadem Allocutione agitur, quid valeat, quo spectet, nec non discrimen cui obnoxia est cuiusque religio et fides propter eam sectam quae incautos petens astu et insidiis, in romanum Pontificatum vires omnes intendit. Moneantur porro impense fideles de obligatione qua tenentur eas vitare insidias, eam sectam oppugnare, fidem tueri, ac strenue testari voce et operibus, omni denique ratione et ope legitima defendere romani Pontificis iura, cogitantes cum libertate illius arcte suam cuiusque libertatem esse coniunctam: III°. Demum ut creditis sibi fidelibus publicas praeces praescribant itemque opera expiatoria et salutaris poenitentiae, quibus sarciatur iniuria per triste monumentum in Urbe positum divino Numini illata, placetur Eius ira, quam hominum crimina provocarunt, et abundet misericordia Eius cum in Ecclesiam suam, quam securae pacis denuo compotem faciat, tum in ipsos hostes, quos ad bonam frugem conversos in maternum illius complexum reducat.

Bellum capiti Romæ indictum, totum corpus afficit.

Quare S. Congr. Ep. et Reg., de mandato Pontificis, jubet 1° ut opportuno die oratio hæc fidelibus vulgari sermone legatur, 2° ut populus de gravitate facinoris, deque vitanda massonum secta instruatur,

3° ut præscribantur fidelibus preces operaque expiatoria.

Datum Romae die 18 Iulii 1889.

I. Card. VERGA Praef.

✠ Fr. Aloisius Episcopus Callinicen. *Secretarius.*

EPISTOLA

ad Imperatorem Brasiliae

DE LIBERTATE CULTUUM ATQUE DOCENDI.

Maestà,

19 JULII 1889.

Pontifex testatur se certiorem factum de propositis a novis ministris mutationibus religioni haud consentaneis,

nempe de libertate cultuum atque docendi.

E GIUNTO a Nostra conoscenza, che fra i varî progetti, annunciati nel programma del nuovo Ministero Brasiliano, ve ne sono alcuni, che toccando gl' interessi più vitali della religione e rompendo il filo delle gloriose tradizioni di cotesto Impero avrebbero per effetto, qualora fossero recati a compimento, di turbare la pace delle coscienze, di affievolire in coteste cattoliche popolazioni il sentimento religioso e di preparare un avvenire pieno di pericoli per la Chiesa cattolica non meno che per la civile società. Intendiamo parlare della libertà di culto e d'insegnamento e delle disposizioni, che vi si collegano, le quali sebbene non indicate apertamente nella pubblica dichiarazione del governo, pur nondimeno non lasciano alcun dubbio sulla loro qualità e natura.

Pauca, utpote catholico Principi, exponet.

Non è qui Nostro proposito di svolgere tutti gli argomenti, che si oppongono all' introduzione degli anzidetti progetti. Parlando alla Maestà Vostra, di cui è noto lo spirito colto ed elevato, basterà esporne alcuni tra i principali.

Libertas cultuum — distincta ab æqua tolerantia, quando hæc necessaria est — supponit societatem, et catholicam, ad nullum cultum teneri.

La libertà di culto considerata rapporto alla società è basata su questo concetto, che lo Stato, anche in una nazione cattolica, non è tenuto a professarne od a favorirne alcuno; esso deve essere indifferente a riguardo di tutti ed averli in conto di giuridicamente uguali. Non si tratta quindi di quella tolleranza di fatto, che in date circostanze può essere accordata ai culti dissidenti; ma bensì di riconoscere a questi i medesimi diritti che competono a quell' unica vera religione, che Dio constituì nel mondo e distinse con caratteri e segni ben chiari e definiti, perchè tutti potessero rav-

Inde idem jus concedit veritati atque errori, et viam ad indifferentismum sternit.

visarla come tale ed abbracciarla. Con siffatta libertà pertanto si pone nella stessa linea la verità e l'errore, la fede e l'eresia, la Chiesa di GESU CRISTO e qualsiasi istituzione umana: con essa si stabilisce una deplorevole e funesta separazione tra la società umana e Dio che n'è l'autore, et si giunge alla triste conseguenza dell' indifferentismo dello stato in materia di religione, o ciò ch' è lo stesso, del suo ateismo.

Pessimus error est, ab ipsis æthnicis damnatus, societatem nulla lege cultus, gratiarum actionis ad Deum auctorem suum ligari.

Eppure nessuno potrà ragionevolmente negare, che il civile consorzio non meno che l' uomo preso individualmente ha doveri verso Dio suo creatore, legislatore supremo e benefattore providentissimo. Rompere ogni vincolo di sudditanza e di rispetto coll' Essere supremo, ricusare di onorarne il potere e dominio sovrano, disconoscere i beneficî, che la società ne riceve, è cosa condannata non solo dalla fede, ma dalla ragione e dal sentimento generale degli stessi antichi pagani, i quali posero a base del loro pubblico ordinamento e delle loro imprese civili e militari il culto alla divinità, da cui repetevano la loro prosperità e grandezza.

Hæc libertas, a Pontifice haud semel damnata, multiplicium malorum fons habenda est.

Ma sarebbe superfluo insistere su queste riflessioni. Già altre volte in pubblici documenti diretti al mondo cattolico abbiamo dimostrato quanto sia erronea la dottrina di coloro, che sotto il nome seducente di libertà di culto proclamano l'apostasia legale della società dal suo Autore divino. Quello che qui C' interessa sia avvertito, si è che libertà siffatta è fonte di danni incalcolabili per i governi e per i popoli. — Ed invero, mentre la religione prescrive ai cittadini di obbedire al potere legittimo come a ministero divino, vietando tutti quei movimenti sediziosi, che possono turbar la tranquillità e l' ordine pubblico, è pur troppo evidente, che lo Stato col dichiararsi indifferente in fatto di religione e dar solennemente prova di tenerla in non cale, si priva di un elemento morale il più potente e viene a separarsi dal vero e naturale principio, onde attinge ogni forza generatrice il rispetto, la fedeltà e l' amore dei popoli. — Che anzi mancando in tal guisa ai suoi più sacri doveri verso Dio, non solo lo stato rinunzia a questo mezzo efficacissimo per conciliarsi l' obbedienza e la venerazione dei

Religio magistra ordinis quum sit, regens, qui eam sperni sinit, privat ordinem maxime solido fundamento.

Imo, exemplo suo malo, populos

cittadini, ma viene a scuotere quel sentimento religioso, in cui il popolo trova forza, rassegnazione e conforto per sopportare le angustie e le miserie della vita, dando esso stesso un esempio tanto più pernicioso quanto più elevata è la sfera da cui procede.

19 JULII 1889.

a sensu religionis abstrahit, a quo hauriunt patientiam in miseriis hujus vitæ tolerandis.

E quì non occorrerà fare osservare alla Maestà Vostra, che soprattutto nell' epoca presente, in cui si fa sentire più che mai il bisogno dell' influenza salutare della religione, attesi i disordini morali e sociali sempre crescenti ond' è sconvolta la società, non può non tornare sommamente pericoloso e funesto alla cosa pubblica l' inaugurare in un paese cattolico un sistema, che non può avere altro risultato tranne quello d' indebolire, o distruggere nelle popolazioni l' unico freno morale capace di ritenerle nella cerchia dei loro doveri. — Le nazioni che si spinsero sulla via di questi rinnovamenti hanno dovuto e debbono deplorare l' aumento progressivo di delitti, di discordie e rivolte, l' instabilità del potere e tutte le ruine morali e materiali, che si stanno accumulando sopra di esse. E perciò uomini savî ed imparziali dovettero riconoscere dopo lunga esperienza che un popolo, il quale perde il suo spirito religioso è un popolo che cammina verso la decadenza, e che conseguentemente l' unico mezzo per richiamarlo a salvezza è riposto nell' azione benefica della religione, che sola assicura in modo efficace il rispetto alle leggi ed alle autorità costituite, sola ridesta e scuote nell' uomo la coscienza, quella potenza ammirabile, che impera nel fondo dell' anima, che presiede a tutti i suoi movimenti, li approva o condanna secondo le norme della giustizia eterna, e somministra alla volontà la forza e l' energia per operare il bene.

Nationi catholicæ hanc libertatem inducere, temporibus hisce turbatis, est destruere maceriam qua subditi continentur.

Testes sint nationes hoc regimen expertæ.

Solum vinculum publici ordinis religio est, docens subdi, mores discutiens.

Ma non meno feconda di tristi conseguenze nell' istesso campo sociale è l' altra libertà così detta d' insegnamento. Con questa infatti si dà larga licenza di svolgere nelle scuole teorie e dottrine di ogni genere, sieno pure le più contrarie alle verità naturali ed a quelle rivelate. Sotto il mentito pretesto della scienza, al cui vero progresso non solo non ha mai nociuto, ma ha sempre potentemente

Libertas vero docendi, prætextu scientiæ, fidem oppugnat veræ scientiæ adjutricem.

contribuito la fede, si scalzano o si combattono apertamente quei principî fondamentali, su cui riposano morale, giustizia e religione.—Quindi è che il magistero devia dal suo nobile scopo, ch' è quello di dare alla società non solo uomini istruiti, ma onesti, che con l' esatto adempimento dei loro doveri verso i loro simili, verso la famiglia e verso lo stato concorrano ad assicurare la felicità generale. Esso invece di comprimere negli animi giovanili i germi delle passioni, che generano l' egoismo, l'orgoglio e la cupidigia, e farvi fiorire i sentimenti e le virtù che distinguono il buon figlio, il buon padre, il buon cittadino, si rende istromento di corruzione, spingendo la gioventù inesperta nella via del dubbio, dell' errore e dell' incredulità e deponendo nel cuore di essa i germi di tutte le perniciose tendenze.

Tale magisterium, loco filiorum, parentum, civium optimis moribus imbutorum, generationem parit corruptam corde, mente scepticam.

Questi effetti sono tanto più inevitabili in quanto che se da un lato si apre la porta ad ogni mostruosità di opinioni, dall' altro, inaugurato il principio del libero insegnamento, si suole intralciare in mille modi la libertà della Chiesa e la sua legittima influenza nella educazione della gioventù.

Quo magis hæc libertas erroris sævit, eo magis libertas Ecclesiæ contrahitur.

Queste poche considerazioni saranno sufficienti, ne siamo certi, a mostrare alla Maestà Vostra i mali gravissimi, a cui potrebbero dare origine le mentovate riforme in un paese, che ha conservato fino ad ora gelosamente il prezioso retaggio della fede, ed i cui abitanti sono così fedeli alle sante tradizioni de' loro padri. — Non vogliamo poi ricercare quali sieno le altre disposizioni complementari, a cui si fa allusione nel programma del Ministero : la formola con cui vengono adombrate è vaga e generale, e potrebbe racchiudere altre innovazioni perniciose, tra cui quella perniciosissima del così detto matrimonio civile od altre consimili. Noi però amiamo meglio credere, che gli uomini chiamati dalla sovrana fiducia di Vostra Maestà a dividere la responsabilità del potere, comprenderanno nel loro senno politico quanto sia utile per un popolo di conservare intatti i preziosi vantaggi della pace religiosa.—Confidiamo soprattutto, che la Maestà Vostra nella sua alta penetrazione e nel suo costante attaccamento alla religione cattolica, di cui avem-

Hæc satis, ad mala ostendenda ex utraque libertate catholicæ nationi oritura.

De reliquis, Pontifex attingit matrimonium civile, vota faciens, ut ministri ad meliora consilia se recipiant.

Recolens recenter servitutem

mo non ha guari una nuova e luminosa prova nell' opera tanto sapientemente e generosamente compiuta dell' abolizione della schiavitù nel suo Impero, non permetterà mai, che sieno cambiate le basi di una legislazione corrispondente ai veri interessi del popolo e dell' autorità sovrana che lo governa, e sia schiusa un' era di discordie e di turbamenti religiosi e sociali. — La Maestà Vostra coll' allontanare dal suo Impero questa sventura contribuirà efficacemente alla prosperità del medesimo e chiamerà sopra di Sè, sopra l' Augusta sua Famiglia e sopra la nazione Brasiliana le benedizioni del cielo.

19 JULII 1889.

ab Imperatore sublatam, optat Pontifex, ut Princeps antiqua jura Ecclesiæ in imperio suo catholico conservet, atque ab eo ita magnas calamitates avertat.

Con questa intima persuasione impartiamo di tutto cuore alla Maestà Vostra ed a tutta l'Imperiale Famiglia l'Apostolica benedizione.

Dal Vaticano 19 Luglio 1889.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

ad Georgium Python status et reipublicae Friburgensis consiliario

DE CONDENDA UNIVERSITATE FRIBURGENSI.

I AUGUSTI 1889.

Pontifex laudat condendæ universitatis Friburgensis consilium.

QUOD alicubi in Europa, nuperrimeque in America sapiens catholicorum liberalitas effecit, ut cupidae maiorum disciplinarum iuventuti Universitates studiorum catholicae constituerentur, id modo et in Helvetia Friburgenses, Deo bene iuvante, feliciter aggressos intelleximus. — Vix attinet dicere quam Nobis et gratum sit et probatum catholicorum in hoc genere studium, praesertim cum non simus nescii, nec difficultatibus eos fuisse nec laboribus impensisve ullis a proposito deterritos. Idque recte quidem : nihil enim hoc tempore est, in quo possint ipsimet industriam suam vel opportunius vel utilius exercere, quum nempe de re agatur, quae cum Ecclesiae ac religionis bono, cum incolumitate fidei catholicae quammaxime coniungitur. Revera, cum tanta passim sit pravarum opinionum multitudo, iuvenum catholicorum institutionem maximis periculis videmus quotidie obnoxiam : ita sane ut nisi securum aliquod ipsis quasi perfugium pateat, valde pertimescendum sit, ne a veritate abducantur, fideique catholicae, quod est bonorum omnium maximum, misere iacturam faciant. — Quod ad Helvetiam pertinet, quam sane amanter studioseque complecti nunquam intermisimus, susceptum plane a vobis est consilium peropportunum, quod rei catholicae magnopere profuturum arbitramur : desiderabatur enim apud vos graviorum disciplinarum domicilium, in quo adolescentes catholici, tuti ab omni errorum periculo instituerentur. — Quamobrem et tibi, dilecte fili, et populo Friburgensi valde gratulamur, ac certa spes est fore ut prospere coepta ad optatum exitum, Dei beneficio, celeriter perducatis. — Per-

Utilitatem talium institutionum, hoc præsertim tempore, summam exponit.

Helvetiæ inde maximum bonum expectat.

Gratulatur proin Friburgensibus, necnon Consi-

libenter autem accepimus litteras a te missas eorum nomine, qui rei civili Friburgensium praesunt, in quibus Universitatis tum constituendae tum regendae accurate exponitur ratio. Neque minus dilectati sumus Episcoporum et probatissimorum virorum consensu, qui nempe initum a vobis opus et singulari laude et felicibus votis prosequuti sunt. — Cum vero caussa agatur, quae in communem cedit utilitatem, valde confidimus non modo ex Helvetia, sed aliunde etiam adfuturam vobis catholicorum hominum generosam liberalitatem. — Interim divini favoris auspicem, et paternae praecipuaeque benevolentiae Nostrae tamquam pignus, Apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, populoque Friburgensi universo intimo cordis affectu impertimus.

lio regni atque Episcopis.

Sperat liberalitates ad tantum opus non defecturas.

Apostolicam benedictionem impertit.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Augusti 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

DE IMPLORANDO AUXILIO B. IOSEPH.

15 AUGUSTI 1889.

Rursus auxilium contra potestatem tenebrarum *Pontifex publica orbis deprecatione expectat.*

QUAMQUAM pluries iam singulares toto orbe deprecationes fieri, maioremque in modum commendari Deo rem catholicam iussimus; nemini tamen mirum videatur si hoc idem officium rursus inculcandum animis hoc tempore censemus. — In rebus asperis, maxime cum *potestas tenebrarum* audere quaelibet in perniciem christiani nominis posse videtur, Ecclesia quidem suppliciter invocare Deum, auctorem ac vindicem suum, studio perseverantiaque maiore semper consuevit, adhibitis quoque sanctis caelitibus, praecipueque augusta Virgine Dei genitrice, quorum patrocinio columen rebus suis maxime videt adfuturum. Piarum autem precationum positaeque in divina bonitate spei serius ocius fructus apparet. — Iamvero nostis tempora, Venerabiles Fratres: quae sane christianae reipublicae haud multo minus calamitosa sunt, quam quae fuere unquam calamitosissima. Interire apud plurimos videmus principium omnium virtutum christianarum, fidem: frigere caritatem: subolescere moribus opinionibusque depravatam iuventutem: IESU CHRISTI Ecclesiam vi et astu ex omni parte oppugnari: bellum atrox cum Pontificatu geri: ipsa religionis fundamenta crescente in dies audacia labefactari. Quo descensum novissimo tempore sit, et quid adhuc agitetur animis, plus est iam cognitum, quam ut verbis declarari oporteat.

Calamitatem crescentem temporum describit,

nonnisi divina ope sanandam.

Tam difficili miseroque statu, quoniam mala sunt, quam remedia humana, maiora, restat ut a divina virtute omnis eorum petenda sanatio sit. — Hac de caussa faciendum duximus, ut pietatem populi christiani ad implorandam studiosius et constantius Dei omnipotentis opem incitaremus. Videlicet, appropinquante iam mense Octobri, quem Virgini Mariae a *Rosario* dicatum esse alias decrevimus, vehementer hortamur, ut maxima qua fieri potest religione, pietate, frequentia mensis ille totus hoc anno agatur. — Paratum novimus in materna Virginis bonitate perfugium: spesque

Nostras non frustra in ea collocatas certo scimus. Si centies illa in magnis christianae reipublicae temporibus praesens adfuit, cur dubitetur, exempla potentiae gratiaeque suae renovaturam, si humiles constantesque preces communiter adhibeantur? Immo tanto mirabilius credimus adfuturam, quanto se diutius obsecrari maluerit.

Studiosius inde imploranda Domina a Rosario, Ecclesiæ toties in angustiis auxiliata.

Sed aliud quoque est propositum Nobis ; cui proposito diligentem, ut soletis, Venerabiles Fratres, Nobiscum dabitis operam. Scilicet quo se placabiliorem ad preces impertiat Deus, pluribusque deprecatoribus, Ecclesiae suae celerius ac prolixius opituletur, magnopere hoc arbitramur expedire, ut una cum Virgine Deipara castissimum eius Sponsum beatum Iosephum implorare populus christianus praecipua pietate et fidenti animo insuescat : quod optatum gratumque ipsi Virgini futurum, certis de caussis iudicamus. — Profecto hac in re, de qua nunc primum publice dicturi aliquid sumus, pietatem popularem cognovimus non modo pronam, sed velut instituto iam cursu progredientem : propterea quod Iosephi cultum, quem superioribus quoque aetatibus romani Pontifices sensim provehere in maius et late propagare studuerant, postremo hoc tempore vidimus passim nec dubiis incrementis augescere, praesertim postea quam Pius IX fel. rec. decessor Noster sanctissimum Patriarcham, plurimorum Episcoporum rogatu, patronum Ecclesiae catholicae declaravit. — Nihilominus cum tanti referat, venerationem eius in moribus institutisque catholicis penitus inhaerescere, idcirco volumus populum christianum voce inprimis atque auctoritate Nostra moveri.

Sed una cum Deipara Sponsus ejusdem instantius colendus.

Ad cujus cultum, jam magnopere superiori ætate apud fideles adauctum, adhuc provehendum, Pontifex aliquid verbo conferre intendit.

Cur beatus Iosephus nominatim habeatur Ecclesiae patronus, vicissimque plurimum sibi Ecclesia de eius tutela patrocinioque polliceatur, caussae illae sunt rationesque singulares, quod is vir fuit Mariae, et pater, ut putabatur, Iesu Christi. Hinc omnis eius dignitas, gratia, sanctitas, gloria profectae. Certe matris Dei tam in excelso dignitas est, ut nihil fieri maius queat. Sed tamen quia intercessit Iosepho cum Virgine beatissima maritale vinclum, ad illam praestantissimam dignitatem, qua naturis creatis omnibus longissime Deipara antecellit, non est dubium quin acces-

Tituli ac merita B. Josephi enumerantur.

Beatissimæ Virgini nullus pro-

pior, conjugali nempe vinculo ac proin dignitate.

serit ipse, ut nemo magis. Est enim coniugium societas necessitudoque omnium maxima, quae naturâ suâ adiunctam habet bonorum unius cum altero communicationem. Quocirca si sponsum Virgini Deus Iosephum dedit, dedit profecto non modo vitae socium, virginitatis testem, tutorem honestatis, sed etiam excelsae dignitatis eius ipso coniugali foedere participem. — Similiter augustissima dignitate unus eminet inter omnes, quod divino consilio custos filii Dei fuit, habitus hominum opinione pater. Qua ex re consequens erat, ut Verbum Dei Iosepho modeste subesset, dictoque esset audiens, omnemque adhiberet honorem, quem liberi adhibeant parenti suo necesse est. — Iam vero ex hac duplici dignitate officia sponte sequebantur, quae patribusfamilias natura praescripsit, ita quidem ut domus divinae, cui Iosephus praeerat, custos idem et curator et defensor esset legitimus ac naturalis. Cuiusmodi officia ac munia ille quidem, quoad suppeditavit vita mortalis, revera exercuit. Tueri coniugem divinamque sobolem amore summo et quotidiana assiduitate studuit: res utrique ad victum cultumque necessarias labore suo parare consuevit: vitae discrimen, regis invidia conflatum, prohibuit, quaesito ad securitatem perfugio: in itinerum incommodis exiliique acerbitatibus perpetuus et Virgini et IESU comes, adiutor, solator extitit. — Atqui domus divina quam Iosephus velut potestate patria gubernavit, initia exorientis Ecclesiae continebat. Virgo sanctissima quemadmodum IESU CHRISTI genitrix, ita omnium est christianorum mater, quippe quos ad Calvariae montem inter supremos Redemptoris cruciatus generavit: itemque IESUS CHRISTUS tamquam primogenitus est christianorum, qui ei sunt adoptione ac redemptione fratres. — Quibus rebus caussa nascitur, cur beatissimus Patriarcha commendatam sibi peculiari quadam ratione sentiat multitudinem christianorum, ex quibus constat Ecclesia, scilicet innumerabilis isthaec perque omnes terras fusa familia, in quam, quia vir Mariae et pater est IESU CHRISTI, paterna propemodum auctoritate pollet. Est igitur consentaneum, et beato Iosepho apprime dignum, ut sicut ille olim Nazarethanam familiam, quibuscumque rebus usu-

Ipsum ei Verbum subditum fuit, tamquam Parenti.

Utrumque munus in divinam domum excellentissime exercuit.

Hæc autem domus Ecclesiæ initium, cujus Maria Mater, Jesus, primogenitus.

Jure proin universam Ecclesiam tuetur cœlesti patrocinio.

venit, sanctissime tueri consuevit, ita nunc patrocinio caelesti Ecclesiam Christi tegat ac defendat.

15 AUGUSTI 1889.

Hoc quidem munus Jacobi filius splendide præfiguravit.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, facile intelligitis ex eo confirmari, quod non paucis Ecclesiae patribus, ipsa adsentiente sacra liturgia, opinio insederit, veterem illum Iosephum, Iacobo patriarcha natum, huius nostri personam adumbrasse ac munera, itemque claritate sua custodis divinae familiae futuri magnitudinem ostendisse. — Sane praeterquam quod idem utrique contigit nec vacuum significatione nomen, probe cognitae vobis sunt aliae eaedemque perspicuae inter utrumque similitudines: illa imprimis, quod gratiam adeptus est a domino suo benevolentiamque singularem : cumque rei familiari esset ab eodem praepositus, prosperitates secundaeque res herili domui, Iosephi gratiâ, affatim, obvenere. Illud deinde maius quod regis iussu toti regno summa cum potestate praefuit : quo autem tempore calamitas fructuum inopiam caritatemque rei frumentariae peperisset, aegyptiis ac finitimis tam excellenti providentia consuluit, ut eum rex *salvatorem mundi* appellandum decreverit. — Ita in vetere illo Patriarcha huius expressam imaginem licet agnoscere. Sicut alter prosperus ac salutaris rationibus heri sui domesticis fuit, ac mox universo regno mirabiliter profuit, sic alter christiani nominis custodiae destinatus, defendere ac tutari putandus est Ecclesiam, quae vere domus Domini est Deique in terris regnum.

Concordat cum nomine, inventa apud dominum gratia, missioque salvatoris mundi a rege ipsi demandata.

Est vero cur omnes, qualicumque conditione locoque, fidei sese tutelaeque beati Iosephi commendent atque committant. — Habent in Iosepho patresfamilias vigilantiae providentiaeque paternae praestantissimam formam: habent coniuges amoris, unanimitatis, fidei coniugalis perfectum specimen : habent virgines integritatis virginalis exemplar eumdem ac tutorem. Nobili genere nati, proposita sibi Iosephi imagine, discant retinere etiam in afflicta fortuna dignitatem : locupletes intelligant, quae maxime appetere totisque viribus colligere bona necesse sit. — Sed proletarii, opifices, quotquot sunt inferiore fortuna, debent suo quodam proprio iure ad Iosephum confugere, ab eoque, quod imitentur, capere. Is enim, regius sanguis, maximae sanctissimaeque

Cujusvis fideles conditionis in B. Josepho exemplar habent atque patronum : conjugati, virgines, nobili genere nati, locupletes, proletarii atque inferioris fortunæ.

omnium mulierum matrimonio iunctus, pater, ut putabatur, filii Dei, opere tamen faciendo aetatem transigit, et quaecumque ad suorum tuitionem sunt necessaria, manu et arte querit.— Non est igitur, si verum exquiritur, tenuiorum abiecta conditio : neque solum vacat dedecore, sed valde potest, adiuncta virtute, omnis opificum nobilitari labor. Iosephus, contentus et suo et parvo, angustias cum illa tenuitate cultus necessario coniunctas aequo animo excelsoque tulit, scilicet ad exemplar filii sui, qui acceptâ formâ servi cum sit dominus omnium, summam inopiam atque indigentiam voluntate suscepit. — Harum cogitatione rerum debent erigere animos et aequa sentire egeni et quotquot manuum mercede vitam tolerant : quibus si emergere ex egestate et meliorem statum anquirere concessum est non repugnante iustitia, ordinem tamen providentiâ Dei constitutum subvertere, non ratio, non iustitia permittit. Immo vero ad vim descendere, et quicquam in hoc genere aggredi per seditionem ac turbas, stultum consilium est, mala illa ipsa efficiens plerumque graviora, quorum leniendorum caussâ suscipitur. Non igitur seditiosorum hominum promissis confidant inopes, si sapiunt, sed exemplis patrocinioque beati Iosephi, itemque materna Ecclesiae caritate, quae scilicet de illorum statu curam gerit quotidie maiorem.

In paupertate, manuumque labore vitam degens maxima edidit virtutum documenta.

Discant ab ipso egeni moderari studium emergendi, Providentiæ parendo,

atque ab omni violentà revendicatione se alienos habentes,

fisi Ecclesiæ caritati.

Itaque plurimum Nobis ipsi, Venerabiles Fratres, de vestra auctoritate studioque episcopali polliciti : nec sane diffisi, bonos ac pios plura etiam ac maiora, quam quae iubentur, sua sponte ac voluntate facturos, decernimus, ut Octobri toto in recitatione *Rosarii*, de qua alias statuimus, oratio ad sanctum Iosephum adiungatur, cuius formula ad vos una cum his litteris perferetur : idque singulis annis perpetuo idem servetur. Qui autem orationem supra dictam pie recitaverint, indulgentiam singulis septem annorum totidemque quadragenarum in singulas vices tribuimus. — Illud quidem salutare maximeque laudabile, quod est iam alicubi institutum, mensem Martium honori sancti Patriarchae quotidiana pietatis exercitatione consecrare. Ubi id institui non facile queat, optandum saltem, ut ante diem eius festum in templo cuiusque oppidi principe supplicatio

Ad augendum B. Patriarchæ cultum oratio peculiaris statuitur, Rosarii recitationi in posterum mense octobri quotannis adjungenda.

Indulgentia huic orationi adnectitur.

Commendatur insuper cultus mensis martii,

in triduum fiat. — Quibus autem in locis dies decimus nonus Martii, beato Iosepho sacer, numero festorum de praecepto non comprehenditur, hortamur singulos, ut eum diem privata pietate sancte, quoad fieri potest, in honorem Patroni caelestis, perinde ac de praecepto, agere ne recusent.

15 AUGUSTI 1889.

et imprimis ipsius festi B. Josephi.

Interea auspicem caelestium munerum et Nostrae benevolentiae testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 15 Augusti 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

ORATIO

ad Sanctum Iosephum.

AD te, beate IOSEPH, in tribulatione nostra confugimus, atque implorato Sponsae tuae sanctissimae auxilio, patrocinium quoque tuum fidenter exposcimus. Per eam, quaesumus, quae te cum immaculata Virgine Dei Genitrice coniunxit, caritatem, perque paternum, quo Puerum IESUM amplexus es, amorem supplices deprecamur, ut ad hereditatem, quam IESUS CHRISTUS acquisivit sanguine suo, benignus respicias, ac necessitatibus nostris tua virtute et ope succurras.

Tuere, o Custos providentissime divinae Familiae, IESU CHRISTI sobolem electam ; prohibe a nobis, amantissime Pater, omnem errorem ac corruptelarum luem ; propitius nobis, sospitator noster fortissime, in hoc cum potestate tenebrarum certamine e caelo adesto ; et sicut olim Puerum IESUM e summo eripuisti vitae discrimine, ita nunc Ecclesiam sanctam Dei ab hostilibus insidiis atque ab omni adversitate defende : nosque singulos perpetuo tege patrocinio, ut ad tui exemplar et ope tua suffulti, sancte vivere, pie emori, sempiternamque in caelis beatitudinem assequi possimus. — Amen.

EPISTOLA

ad Card. Gibbons Archiepisc. Baltimorensem.

DE CELEBRANDO CENTESIMO ANNO AB HIERARCHIA IN FOEDERATIS AMERICAE CIVITATIBUS CONSTITUTA.

7 SEPTEMBRIS 1889.

Pontifex laudat consilium celebrandi centesimum annum ab Hierarchia ibidem constituta, tum conventu Baltimoræ habendo, tum lycæo Washington condendo.

CUM ex aliis rebus tuum aliorumque sacrorum Antistitum foederatarum istarum Americae civitatum in patriam et religionem studium splendide elucet, tum mirifice etiam ex iis quae tuae ad Nos litterae mense elapso datae retulerunt. Nunciant enim Nobis saecularia solemnia quae, convenientibus in unum Pastoribus ac fidelibus, proximo Novembri in ista Baltimorensi urbe publice acturi estis, centesimo anno exeunte a Hierarchica sacrorum pastorum potestate in istis regionibus constituta, et dedicationem quam habituri estis apud civitatem Washington Lycei Magni catholici, quod ad faustum novi saeculi auspicium, suffragante vobis catholicorum civium liberalitate, condidistis. — Dignum sane est animi vestri religione consilium a vobis susceptum, quod eo spectat, tum ut pia gratâque memoria recolatis beneficia, quae istis regionibus divina providentia contulit, tum etiam ut perpetuum monumentum statuatis in memoriam rei auspicatissimae, quod non minus ad pastoralis vestri ministerii decus, quam ad solidam et salutarem vestrorum civium utilitatem pertinet. — Quamobrem iustam Nos habere caussam agnoscimus gloriam vobiscum tribuendi Deo bonorum omnium auctori, et gratulandi virtuti vestrae, quae in eo campo in quo patrum vestrorum inclita vestigia impressa sunt, strenuam praefert eorum industriae aemulationem, strenuam animi in divina gloria latius provehenda alacritatem. Obsequium autem tuum, dilecte Fili Noster, et omnium istius regionis Antistitum, quod in tuis litteris erga Apostolicam hanc cathedram diserte professus es, amantissime excepimus, ac certos vos esse cupimus, uti sanctae

Ita simul de peractis gratiæ agentur, monumentum posteritati profuturum statuetur.

Gratulatur Pontifex zelo Antistitum Americæ civitatum fœderatarum, necnon devotioni eorum in S.

memoriae decessores Nostri, sic Nos singulari vos vobisque creditos fideles caritate complecti, fervida vota pro vestra omni prosperitate facere, et magnum percipere de istorum fidelium optima in omne opus bonum voluntate, magnum de vestra sacerdotali virtute solatium. — Quod vero a Nobis postulas, ut aliquos delectos viros ex urbe mittamus qui Nostro nomine solemnibus vestris praesentes intersint, non deerimus optatis vestris ; immo eo libentius eis annuemus quod haec res non solum existimationis et benevolentiae Nostrae erga vos testimonium erit, sed splendidum etiam documentum catholicae illius unitatis, quae ubique pastores et fideles inter sese, et cum supremo Ecclesiae rectore in fide et caritate coniungit. Quod reliquum est, Deum custodem et sospitatorem catholici nominis ex corde adprecamur, ut sub florentissimo isto faustoque regimine, in quo vobis datum est sancti vestri ministerii libertate frui, opera pietatis vestrae laetis fecundet erga Ecclesiam et patriam fructibus, ac amplissimorum benignitatis suae munerum auspicem esse velit Apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte Fili Noster, cunctisque Venerabilibus Fratribus foederatarum istarum Americae civitatum Episcopis, et Clero ac fidelibus omnibus, quibus praesidetis, peramanter in Domino impertimus.

Sedem paterne ipsos complectentis.

Delectos viros solemnibus istis interfuturos libenter mittet, testes simul et benevolentiæ Sedis Romanæ et unitatis Ecclesiæ.

Fausta quæque his regionibus optat a Domino.

Datum Romae apud S. Petrum die 7 Septembris 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

ad opifices Gallos Romam peregrinantes

DE REMEDIO SOCIALI A RELIGIONE PETENDO.

30 OCTOBRIS 1889.

Pontifex recolit opifices inchoante anno jubilæi a se receptos.

IL y a deux ans, une nombreuse phalange d'ouvriers, venus de France, se groupaient ici autour de Nous. Avec eux, et sous les plus heureux auspices, s'ouvrait alors Notre année Jubilaire, pour laquelle ils Nous apportaient comme les prémices des manifestations du monde catholique. Ce jour laissa dans Notre âme une douce et forte impression, que votre présence, chers fils, et les nobles paroles que vient de Nous adresser, en votre nom, Mons. le Cardinal qui préside ce pèlerinage, ne peuvent que raviver en Nous et rendre à jamais ineffaçable. — Soyez les bienvenus. L'hommage que vous rendez, en ce moment, au Chef suprême de la religion catholique, révèle le fond de votre pensée. Vous avez compris, — et c'est, à la fois, votre cœur et votre intelligence qui vous l'ont dicté, — vous avez compris, que seulement dans la religion vous trouverez force et consolation, au milieu de vos incessantes fatigues et des misères d'ici-bas. La religion seule, en effet, ouvrira vos âmes aux immortelles espérances ; elle seule ennoblira votre travail, en l'élevant à la hauteur de la dignité et de la liberté humaine. En confiant donc à la religion vos destinées présentes et futures, vous ne pouviez faire acte de plus haute sagesse. Et sur ce point, Nous sommes heureux de confirmer ici les paroles, prononcées par Nous en d'autres circonstances, et que vous venez de rappeler. Nous voulons même insister, une fois de plus, sur ces vérités, persuadé, comme Nous le sommes, que pour vous aussi, votre salut sera l'œuvre de l'Église et de ses enseignements remis en honneur dans la société.

Confirmat, quod peregrinantes opifices ipsi testantur, in religione esse remedium summum laborantibus.

Æthnica societas servitute arduum quæ-

Le paganisme, vous ne l'ignorez pas, avait prétendu résoudre le problème social en dépouillant de ses droits la partie faible de l'humanité, en étouffant ses aspirations, en

paralysant ses facultés intellectuelles et morales, en la réduisant à l'état d'absolue impuissance. C'était l'esclavage. — Le christianisme vint annoncer au monde, que la famille humaine tout entière, sans distinction de nobles et de plébéiens, était appelée à entrer en participation de l'héritage divin ; il déclara que tous étaient, au même titre, les fils du Père céleste, et rachetés au même prix ; il enseigna que le travail était, sur cette terre, la condition naturelle de l'homme, que l'accepter avec courage était, pour lui, un honneur et une preuve de sagesse, que vouloir s'y soustraire, c'était à la fois, montrer de la lâcheté, et trahir un devoir sacré et fondamental.

situm solvit.

Christianismus omnes fideles nobilitavit, legemque laboris omnibus imposuit sacram.

Afin de réconforter plus efficacement encore les travailleurs et les pauvres, le divin Fondateur du Christianisme daigna joindre l'exemple aux paroles : Il n'eut pas où reposer sa tête ; Il éprouva les rigueurs de la faim et de la soif ; Il passa sa vie tant publique que privée dans les fatigues, les angoisses et les souffrances. D'après sa doctrine, le riche, comme s'exprime Tertullien, a été créé pour être le trésorier de Dieu sur la terre ; à lui les prescriptions sur le bon usage des biens temporels ; contre lui les formidables menaces du Sauveur, s'il vient à fermer son cœur devant l'infortune et la pauvreté !

Conditor religionis ipse pauperem vitam egit, divitibus severa officia in pauperes imponens.

Cependant, cela même ne suffisait pas encore. Il fallait rapprocher les deux classes, établir entre elles un lien religieux et indissoluble. Ce fut le rôle de la charité : elle créa ce lien social et lui donna une force et une douceur inconnues jusqu'alors ; elle inventa, en se multipliant elle-même, un remède à tous les maux, une consolation à toutes les douleurs ; et elle sut, par ses innombrables œuvres et institutions, susciter, en faveur des malheureux, une noble émulation de zèle, de générosité et d'abnégation.

Insuper sociale vinculum caritatem induxit.

Telle fut l'unique solution, qui, dans l'inévitable inégalité des conditions humaines, pouvait procurer à chacun une existence supportable. Durant des siècles, cette solution était universellement acceptée et s'imposait à tous. Sans doute, on y a vu se produire des actes de révolte et d'insubordination, mais ils n'ont jamais été que partiels et cir-

Hæc doctrina, inæqualitatem conditionum temperans, per longa sæcula pacem continuit.

conscrits ; la foi avait de trop profondes racines dans les âmes, pour qu'une éclipse générale et définitive fût alors possible. Nul ne se serait permis de contester la légitimité de cette base sociale ; nul n'eût osé former le vaste projet de pervertir, sur ce point, l'esprit et le cœur des populations et de viser à la ruine totale de la société. Quels ont été les doctrines funestes et les événements qui ébranlèrent, plus tard, l'édifice social si patiemment élevé par l'Église, Nous l'avons dit ailleurs ; Nous ne voulons y revenir ici. — Ce que Nous demandons, c'est qu'on cimente à nouveau cet édifice en revenant aux doctrines et à l'esprit du christianisme ; en faisant revivre, au moins quant à la substance dans leur vertu bienfaisante et multiple, et sous telles formes que peuvent le permettre les nouvelles conditions des temps, ces corporations d'arts et métiers, qui jadis, informées de la pensée chrétienne, et s'inspirant de la maternelle sollicitude de l'Église, pourvoyaient aux besoins matériels et religieux des ouvriers, leur facilitaient le travail, prenaient soin de leurs épargnes et de leurs économies, défendaient leurs droits et appuyaient, dans la mesure voulue, leurs légitimes revendications. — Ce que Nous demandons, c'est que, par un retour sincère aux principes chrétiens, on rétablisse et l'on consolide entre patrons et ouvriers, entre le capital et le travail, cette harmonie et cette union, qui sont l'unique sauvegarde de leurs intérêts réciproques, et d'où dépendent, à la fois, le bien-être privé, la paix et la tranquillité publique.

Redeatur ad ipsam, adjunctis cœtibus opificum novo rerum ordini accommodatis, spirituque christiano imbutis.

Salus ex harmonica conspiratione utriusque elementi, substantiæ atque laboris, petenda.

A l'entour de vous, chers fils, s'agitent des milliers d'autres travailleurs, qui, séduits par de fausses doctrines, s'imaginent trouver un remède à leurs maux dans le renversement de ce qui constitue comme l'essence même de la société politique et civile, dans la destruction et l'anéantissement de la propriété. Vaines illusions ! Ils iront se heurter contre des lois immuables que rien ne saurait supprimer. Ils ensanglanteront les chemins où ils passeront, en y amoncelant les ruines et en y semant la discorde et le désordre ; mais ils ne feront, par là, qu'aggraver leurs propres misères et attirer sur eux les malédictions des âmes honnêtes. Non, le remède n'est ni dans les projets et les agissements pervers et subver-

Remedium falso in subversione proprietatis quæsitum,

sifs des uns, ni dans les théories séduisantes, mais erronées, des autres ; il est tout entier dans le fidèle accomplissement des devoirs qui incombent à toutes les classes de la société, dans le respect et la sauvegarde des fonctions et des attributions propres à chacune d'elles en particulier. Ces vérités et ces devoirs, l'Église a la mission de les proclamer hautement et de les inculquer à tous.

30 OCTOBRIS 1889.

in fideli custodia est omnium officiorum.

Aux classes dirigeantes il faut un cœur et des entrailles pour ceux qui gagnent leur pain à la sueur de leur front ; il leur faut mettre un frein à ce désir insatiable des richesses, du luxe et des plaisirs, qui, en bas comme en haut, ne cesse de se propager de plus en plus. A tous les degrés, en effet, on a soif de jouissances ; et comme il n'est pas accordé à tous d'y donner satisfaction, il en résulte un malaise immense et des mécontentements, qui auront pour résultat la révolte et l'insurrection en permanence.

Virtutes in omni gradu sociali necessariæ enumerantur.

Aux détenteurs du pouvoir il incombe, avant toutes choses, de se pénétrer de cette vérité, que pour conjurer le péril qui menace la société, ni les lois humaines, ni la répression des juges, ni les armes des soldats ne sauraient suffire ; ce qui importe par dessus tout, ce qui est indispensable, c'est qu'on laisse à l'Église la liberté de ressusciter dans les âmes les préceptes divins et d'étendre sur toutes les classes de la société sa salutaire influence ; c'est que, moyennant des règlements et des mesures sages et équitables, on garantisse les intérêts des classes laborieuses, on protège le jeune âge, la faiblesse et la mission toute domestique de la femme, le droit et le devoir du repos du Dimanche, et que, par là, on favorise dans les familles comme dans les individus la pureté des mœurs, les habitudes d'une vie ordonnée et chrétienne. Le bien public, non moins que la justice et le droit naturel, réclame qu'il en soit ainsi.

Sciant rem publicam regentes efficacissimum remedium in libera actione Ecclesiæ residere, simulque in tuendis sacris juribus personæ atque familiæ opificis.

Aux patrons il est prescrit de considérer l'ouvrier comme un frère, d'adoucir son sort dans la limite possible et par des conditions équitables, de veiller sur ses intérêts tant spirituels que corporels, de l'édifier par le bon exemple d'une vie chrétienne, et surtout de ne se départir jamais, à son égard et à son détriment, des règles de l'équité et de la

Munera dominorum quæ sint.

justice, en visant à des profits et à des gains rapides et disproportionnés.

Opifices servent officia religiosa, domestica, civilia.

A vous enfin, mes chers fils, et à tous ceux de votre condition, il revient de mener toujours une conduite digne de louange par la pratique fidèle de vos devoirs religieux, domestiques et sociaux. Vous Nous avez déclaré, tout-à-l'heure, et cela Nous a grandement réjoui, vous Nous avez déclaré, que c'est votre volonté formelle de vous soumettre avec résignation au travail et à ses pénibles conséquences, de vous montrer toujours paisibles et respectueux envers vos patrons, dont la mission est de vous procurer de l'ouvrage et de l'organiser, de vous abstenir de tout acte capable de troubler l'ordre et la tranquillité, de conserver, enfin, et de nourrir dans vos cœurs des sentiments de reconnaissance et de confiance filiale envers la sainte Église, qui vous a délivrés de l'antique joug de l'esclavage et de l'oppression, et envers le Vicaire de JÉSUS-CHRIST, qui ne cesse et ne cessera jamais de veiller sur vous en Père, de s'enquérir de vos intérêts et de les favoriser, en rappelant à tous leurs devoirs respectifs et leur parlant le langage de la charité.

Recolit Pontifex promissa modo ipsorum ore accepta.

Fideles permaneant Sedi Apostolicæ angustiis pressæ.

Que ce sentiment de reconnaissance et cette dévotion à l'Église et à son Chef restent en vous inébranlables et s'accroissent de plus en plus. — Notre condition s'aggrave avec les années, et la nécessité, pour Nous, d'une indépendance réelle et d'une vraie liberté dans l'exercice de Notre ministère apostolique, devient de jour en jour plus évidente. En bons catholiques, restez fidèles, chers fils, à cette très noble cause. Faites-la vôtre, et que chacun de vous, dans sa sphère, se fasse un devoir de la défendre et d'en hâter le triomphe.

Regressi in patriam, optimo exemplo, quid religio possit ostendant,

Et maintenant, chers fils, retournez dans votre patrie, dans cette France, où, malgré des aberrations individuelles et passagères, on n'a jamais vu décroître l'ardeur pour le bien, ni pâlir la flamme de la générosité et du sacrifice. Retournez dans vos foyers, et prouvez, par votre conduite, que dans les associations, où les principes religieux sont en honneur, règnent, en même temps, l'amour fraternel, la paix, la discipline, la sobriété, l'esprit de prévoyance et d'économie domestique. Allez, et que la grâce du Seigneur vous accom-

pagne partout, vous assiste, vous protège, vous soutienne dans vos fatigues, vous encourage en vous faisant goûter, dès à présent, les ineffables joies qui découlent de la vertu, et que donne l'espérance d'une vie meilleure dans la patrie des croyants.

30 OCTOBRIS 1889.

gratia cœlesti roborati,

C'est le regard et les mains élevés vers le ciel, que Nous y faisons monter, que Nous y ferons monter tous les jours, pour vous, bien-aimés fils, ces vœux, ces supplications et ces prières. En attendant, et comme gage de ces faveurs célestes, Nous vous accordons la bénédiction Apostolique. Nous vous bénissons tous ici présents, avec toute l'effusion de Notre cœur de Père. Nous bénissons vos épouses, vos fils, et vos familles. Nous bénissons vos chefs, vos patrons et vos bienfaiteurs, ainsi que toutes les pieuses associations dont vous faites partie.

benedictione Pontificis muniti.

EPISTOLA

ad Cardinalem Goossens, Archiep. Mechliniensem

DE NOVA CATHEDRA PHILOSOPHIAE LOVANII ERIGENDA.

8 NOVEMBRIS 1889.

Pontifex novæ cathedræ philosophicæ juxta mentem suam in universitate Lovaniensi condendæ,

PER alias litteras idibus Iulii anno superiore datas Nostram tibi sententiam explicavimus de philosophiae studiis in illustri Athenaeo Lovaniensi amplificandis. Equidem necessum, nedum opportunum, esse ducimus ea recte et ordine dispertita sic tradi alumnis, ut complexa quidquid veterum sapientia tulit et sedula recentiorum adiecit industria large copioseque eos sint paritura fructus, qui religioni pariter et civili societati proficiant. Qua vero ratione et ope ea res expediri commodius et perfici possit, perpensis etiam difficultatibus quas praecavere oportet, id tibi non ita pridem significari curavimus per dilectum filium Nostrum Cardinalem a publicis negotiis Administrum. — Iamvero libenter comperimus te aliosque Belgarum Episcopos non modo propensam huic consilio Nostro, prout et ceteris, ostendisse voluntatem, sed etiam rei gerendae initia fecisse. Novimus scilicet renunciatum fuisse praesidem instituti philosophiae superioris dilectum filium Desideratum Mercier, Urbanum Antistitem, virum multa doctrinae, philosophiae praesertim, laude praestantem eiusque provehendae studiosissimum, eidemque curam novi operis rite ordinandi apteque constituendi fuisse demandatam. — Collatum huic munus ultro confirmamus auctoritate Nostra, ac certa spe nitimur fore ut ille favore ac praesidio fultus Belgarum Antistitum et Rectoris Athenaei protinus et impigre salutari huic operi manus admoveat, nec ulli parcat vigiliae aut labori donec nobile inceptum feliciter videat absolutum. — Huic operi aggrediendo, pro tenui largiendi facultate, quae Nobis suppetit in hisce rerum angustiis, centum addiximus et quinquaginta

gaudet Episcopos initia fecisse,

præsidemque eidem Ill. D. Mercier, quem egregie laudat, renuntiasse.

Confirmans eidem munus, zelum ejus stimulat.

Copiosam largitionem aggre-

millia argenteorum francicorum, prout iam tibi Nostro nomine nunciatum fuit. Quo munere testari voluimus cum favorem, quo magnum Lyceum Lovaniense prosequimur, tum patriam caritatem qua Belgarum populum complectimur, cuius haeret adhuc animo Nostro suavissima nec ulla temporis vi delenda recordatio. — Profecto haud ignoramus sumptibus longe amplioribus opus esse ad institutum perficiendum, quod Athenaei Lovaniensis dignitati congruat et scopum quo spectat prorsus attingat. Sed enim Nobis spem facit, opes collatum iri incepto pares, cum actuosa pietas sacrorum Antistitum, tum perspecta liberalitas fidelium Belgarum, quae luculenter enituit quoties religionis tutelae et incrementis vel publico bono prospiciendum fuit. — Neque vero latere potest Belgarum prudentiam, in Ecclesia Dei, etiam rerum humanarum, ne dum divinarum, scientiam summo semper in pretio et honore fuisse, eamque nostra praesertim aetate late ac penitus excoli oportere; quippe eius nomine abuti solent veritatis hostes ut fidei veritatem oppugnent, et pessima quaeque effundant opinionum monstra, quibus caeca mentium obscuritas et foeda morum pravitas gignitur. Nemini autem obscurum est iuventutem imprimis fraudibus hisce et insidiis peti, eamque maxime vocari in discrimen. Quare omnis adhibenda cura est ut sanis universae philosophiae doctrinis imbuantur iuveniles animi, solidaeque muniantur scientiae praesidiis ne per eam quae late grassatur errorum luem inducantur in fraudem. — Quum porro Ecclesia eo falso nomine in crimen vocetur, quasi perosa scientiarum lucem ignorantiae tenebras studeat offundere, eo conniti oportet catholicos homines ut prae se ferant palam, se verae scientiae lumina haud fastidire sed appetere, quippe quae fidei dogmata non evertunt sed mirifice illustrant, quum utraque ab uno dimanent auctore fidei et rerum mundanarum conditore Deo. — Quum itaque saepe experti noverimus quantum habeat ponderis Nostra commendatio penes te, ceterosque pastores, Clerum populumque Belgarum, vos graviori hortatu haud egere putamus ut studiis viribusque consociatis strenue provehere et perficere adnitamini susceptum opus, quo

diendo operi addicit,

reliquos sumptus a liberalitate Belgarum expectans.

Celebrat opportunitatem operis ad instruendam solida scientia, contra fidei hostes, iuventutem.

Catholicis viris scientiæ lumina appetenda proclamat.

Optima a perspecto zelo Belgarum sperat,

simul vobis liceat maximam apud Deum inire gratiam, insigni benefacto communem patriam ornare, Nosque ipsos *quibus benedicit.* quasi optatissimo munere oblato demereri. — Divinae interea benignitatis, quam vobis adprecamur, auspicem Apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, tuis in episcopatu collegis, Cleroque et populo curationi vestrae concreditis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 8 Novembris 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE FACULTATE THEOLOGICA

IN CATHOLICO PARISIENSI ATHENAEO

INSTITUENDA.

10 DECEMBRIS 1889.

Eminentia sacræ Theologiæ celebratur.

IN magna et multiplici disciplinarum copia quae menti veritatis cupidae obiicitur, neminem latet sacram Theologiam ita principem sibi locum vindicare, ut vetus sapientum effatum sit ceteris scientiis atque artibus officium incumbere, ut ei inserviant ac velut ancillarum more famulentur. Haec siquidem caelestia mysteria scrutatur, quae Deus ipse hominibus revelata voluit, eaque omnia, quae aeternam beatitatem spectant eique adipiscendae conducunt, explanat, divinae sapientiae thesauros recludit, atque in eo rerum ordine versatur, qui quidquid naturae ambitus elatius atque sublimius continet toto caelo supergreditur. Inde contigit ut pro munere atque officio homines docendi a Christo sibi tradito Ecclesia catholica maxime semper sollicita fuerit de sacrae doctrinae cultu, eamque et intactam caute servari, et naviter atque fideliter tradi et diligentissime excoli summa semper sedulitate curaverit. Quapropter romani Pontifices praestantissimae huius scientiae studia omni ope in Lyceis, in Academiis et in Universitatibus fovere, provehere, peculiaribusque privilegiis et honoribus decorare studuerunt, iisque obsecuti sacrorum Antistites idem in suo quisque populo praestandum sibi esse censuerunt. Sed inter hos summis prosequi laudibus Nos decet Galliarum Episcopos, qui operam dantes, ut facultates theologicae, ubi rerum ac temporum vices siverint, instaurarentur, maximam impenderunt curam ne principis istius scientiae, quae rerum omnium, quas mentis humanae acies intueri potest, summam quodammodo complectitur, in catholico Parisiensi Athenaeo facultas deesset. Quibus cognitis Consilium Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium studiis regundis praepositorum, ne suprema haec facultas in principe Galliarum civitate

Ecclesia, ac imprimis Romani Pontifices hujus scientiæ semper fuere maxime solliciti.

Zelus Episcoporum Galliarum laudatur facultatem theologiæ in Athenæo Parisiensi instituendam curantium.

De sententia S. R. E. Cardinalium,

careret praesidio et ornamento, Apostolicae auctoritatis munimine, quod expetebatur, eam iamdudum confirmandam esse censuisset, nisi rerum adiuncta rem caute prorogari suasissent. Sublatis modo difficultatibus, quae antea huiusmodi privilegii concessionem praepedire videbantur, idem VV. FF. NN. Consilium, re perpensa rite ac perspecta, optato canonicae erectionis honore theologicam facultatem Parisiensem muniendam et exornandam, eiusdemque recentiores constitutiones approbandas iudicavit. Hanc Venerabilium Fratrum Nostrorum sententiam, Nos, quibus vel maxime cordi est sacrarum disciplinarum cultum et studium, quantum in Domino possumus, omnimode iuvare et promovere, eo libentiori animo ratam habemus et confirmamus, quo uberrimos inde fructus extituros confidimus.

Pontifex consilium ratum habet et confirmat.

Iucundissima enim subit recordatio fausti illius temporis, quo ex Parisiensis facultatis theologicae gremio prodibant, atque in ea rursus partae sapientiae thesauros effundebant Petrus Lombardus, Guillelmus Parisiensis, Albertus Magnus, Bonaventura, Aegidius, aliique quamplures, qui totum orbem lectissimae sapientiae luce collustrarunt, quos prae numero praetermittere necesse est, ut unum memoremus Thomam Aquinatem, quem velut solem fulgidissimum Ecclesia universa admiratur et suspicit. Tales tamque insignes duces novi doctores sequantur, et eorum si legant vestigia, maxime vero si Angelici Magistri doctrinam amplectantur et diligenter enarrent et strenue tueantur, pristinam illam dignitatem et eximium decus magno studiorum et ipsius rei christianae incremento revicturum speramus.

Laudem celebrat prioris perillustris facultatis Parisiensis.

Angelicum præsertim magistrum novæ exemplar præmonstrat.

Propterea Apostolica auctoritate Nostra, harum litterarum vi edicimus ac decernimus, ut theologica facultas Parisiensis veram ac proprie dictam habeat canonicam erectionem, atque eidem canonice Apostolica Nostra auctoritate institutae iura omnia et praerogativas similibus institutionibus a Sancta Sede approbatis concessa perpetuis futuris temporibus deferimus et elargimur, ea tamen lege, ut adamussim omnia et singula quae in constitutionibus, seu statutis decreto eorumdem Venerabilium Fratrum Nostrorum adiectis, continentur, omnino serventur. Haec volumus et

Canonice erigit facultatem theologicam, juxta adjectas constitutiones.

praecipimus, non obstantibus quamvis individua et specifica mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque. *10 DECEMBRIS 1889.*

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 10 Decembris 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

M. CARD. LEDOCHOWSKI.

EPISTOLA

ad Ludovicum Vivès

DE NOVA EDITIONE OPERUM B. ALBERTI MAGNI.

10 DECEMBRIS 1889.

Pontifex laudat consilium opera B. Alberti Magni de integro edendi.

Commendat doctrinam magistri D. Thomæ Aquinatis.

Nova veteribus conjungere vera philosophandi ratio.

Gratum habet quod nova editio sibi dedicetur.

QUOD opera b. Alberti magni instituisti de integro edere, susceptus tibi quidem labor est non exiguus, sed fructuosus, opinamur, futurus. Quamquam enim post Alberti aetatem incrementa cuivis scientiarum generi complura attulit dies, eius tamen vis et copia doctrinae, quae Thomam aluit Aquinatem, et aequalibus eorum temporum miraculo fuit, non potest vetustate ulla consenescere. Utique videntur hodie nimis multi ponere ingenii laudem in fastidio antiquitatis : sed omnino illa est philosophandi ratio optima, exquirere meditando nova, unâque simul sapientiam veterum non relinquere. — Igitur laboriosa maximi viri volumina, quae fient iam industriâ tuâ notiora, spargere multo latius magnitudinem luminis sui posse confidimus, eorum nominatim commodo, qui in divinarum rerum humanarumve scientiâ diligentius elaborent. — Cum vero tua ista editio auspicio satis bono in lucem tibi proditura videatur, si Nostro inscribatur nomine, Nobisque dedicetur, id quidem fieri non modo non recusamus, sed etiam gratum habemus : maxime quia Noster in Doctorem Angelicum amor vetus ab amore magistri eius non est diiunctus. Tibi interim, dilecte fili, caelestium munerum auspicem Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 10 Decembris 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

LEO PP. XIII.

LETTERA

al signor cardinale Lucido Maria Parocchi, vicario generale di Roma.

DE CLERO ROMANO RITE INSTITUENDO.

Signor Cardinale,

18 DECEMBRIS 1889.

Pontifex testatur speciale studium quo clerum rite instituendum semper prosecutus est.

FRA le molteplici cure, che per dovere dell' Apostolico ministero Noi abbiamo sempre consacrato alla conservazione e all' incremento della religione cattolica in Italia, principalissima è quella che riguarda il Clero, dal quale in grandissima parte dipendono gl' interessi della fede e delle anime. Perciò in ogni occasione abbiamo caldamente inculcato, che il Clero venga formato non solo alla scienza soda e verace, ma in modo speciale alle virtù sacerdotali e allo spirito schiettamente ecclesiastico, che è lo spirito stesso del sommo ed eterno Sacerdote GESU CRISTO. — Ma la necessità di avere un Clero così formato è molto più forte e più sentita per la città di Roma. Qui, nella Capitale del mondo cattolico, nel centro della religione nostra santissima, dove i cattolici convengono da ogni parte della terra per trovarvi conforto alla loro fede, qui più che altrove è necessario che la vita e i costumi e le opere di coloro che son chiamati *luce del mondo* e *sale della terra*, risplendano di più chiaro e fulgido lume, affinchè tutti ne traggano edificazione e stimoli a ben fare. — Perciò come abbiamo fatto recentemente con tutti i Vescovi d' Italia, così e molto più sentiamo ora il bisogno di richiamare, Signor Cardinale, su questo importantissimo argomento tutta la sua attenzione. — Le condizioni proprie di Roma, il maggior numero di ecclesiastici, che qui accorrono da ogni paese, esigono maggiori cure ed industrie perchè la disciplina del Clero non abbia a soffrire per tali cause, nè a perdere la sua efficacia. — È giusto qui render onore a tanta parte di ecclesiastici, che esemplari e pieni di zelo, tutti dati alle opere del ministero

Talis clerus Romæ imprimis necessarius est, unde major eidem adhibenda cura.

Clerus romanus, ut maxima parte munere dignus, laudibus ornatur.

e della carità cristiana, nella devozione e nell' attaccamento alla Santa Sede e al Vicario di GESU CRISTO, nell' obbedienza e nel rispetto verso i loro superiori e nello spirito di unione e di concordia sentono esser riposta la più sicura garanzia del loro retto operare, la sorgente delle maggiori benedizioni del cielo, l'efficacia dei loro sforzi. Per essi si continuano le gloriose tradizioni del Clero romano, che tanti e sì luminosi modelli ha lasciato all' imitazione dei posteri, alcuni dei quali giudicati degni anche degli onori dei Santi. — Ma si sa che i nemici, in tutte le varie forme della guerra che ora muovono alla Chiesa, prendono sempre più specialmente di mira Roma, e in essa raccolgono le loro forze. E così anche contro il Clero qui si è cominciata un' opera tenebrosa colla perfida mira di screditarlo, di scinderlo, di alienarlo dai legittimi superiori e di farlo ribelle alla loro autorità. Per tale scopo è buono ogni mezzo; ma il più deplorevole e il più penoso si è, che tra gli stessi ecclesiastici se ne possa trovare alcuno che dimentico dei propri doveri e della santità del suo carattere, giunga a tanto da prestare il concorso dell' opera sua per l' esecuzione d' intendimenti così perversi. — Per questi motivi è da avvisare senza indugio e con tutta energia al pericolo. Importa moltissimo, che alla educazione del giovane Clero si dieno le cure più intelligenti e più assidue ; che si usi il più oculato discernimento e le maggiori cautele nell' ammissione di quella parte di Clero che viene da altre diocesi ; che gli uni e gli altri non sieno troppo lasciati in loro balìa, ma sia per ciò che riguarda la loro condotta, sia per ciò che spetta all' esercizio dei diversi ministeri ed officî, sappiano di esser sempre sotto l' occhio vigile dei superiori e sentano sempre il freno salutare di una ferma e saggia disciplina. — Ma sopra ogni altra cosa interessa, che tutti sieno animati di quello spirito di santità, di annegazione, di sacrificio, di zelo che è proprio del loro carattere e che li rende veri ministri di Christo. A tale effetto nulla può essere più opportuno che chiamarli tutti di tanto in tanto a raccogliersi negli Esercizî spirituali, che sono di una mirabile efficacia per la riforma della vita, per la perseveranza

Omni via hostes Ecclesiæ clerum insequentes,

seducere conantur quos forte minus fideles invenerint.

Muniendi proin tirones contra tales insidias ;

arctius invigilandum aliunde advenientibus.

Omnes vita spirituali instruantur, in eaque permaneant ope recollectionis annuæ.

nel bene e per dare nuovo vigore allo spirito, in mezzo ai pericoli e a tante cause di dissipazione che offre il mondo. — Sappiamo che qui già vige il santo costume del ritiro spirituale per gli ecclesiastici: ma ora vogliamo qualche cosa di più speciale, e nominatamente che tutto il Clero di Roma, senza eccezione, debba consacrare nell' anno prossimo alcuni giorni al ritiro e alla preghiera. — A Lei, Signor Cardinale, affidiamo la cura di tutto predisporre per l'esecuzione di questa Nostra volontà; e siamo certi, che tutti gli ecclesiastici risponderanno volonterosi all' invito ed entrando nelle Nostre viste, sapranno trarre da questa grazia singolare, che Dio loro prepara, quel maggiore e più durevole profitto che Noi così ardentemente bramiamo.

18 DECEMBRIS 1889.

Talis recollectio integro clero in proximum annum indicitur.

Modus ejusdem instituendæ cardinali vicario relinquitur.

A tale effetto imploriamo sopra di essi le più copiose benedizioni del cielo: ed a Lei, Signor Cardinale, e a tutto il Clero e popolo di Roma impartiamo di cuore l'Apostolica benedizione.

Dal Vaticano, 18 Decembre 1889.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE CANONICA THEOLOGICAE FACULTATIS ERECTIONE IN CATHOLICA TOLOSANA UNIVERSITATE.

20 DECEMBRIS 1889.

Gloriam prioris universitatis Tolosanæ testantur reliquiæ Aquinatis eodem, jubente Urbano V, translatæ.

Pontifex gaudet de rediviva hac illustri institutione.

EXIMIA sacrarum disciplinarum laude floruisse Tolosanam urbem, et singularem de iis commendationem apud Apostolicam Sedem sibi comparasse vel ex caussa facile coniicitur, quare decessor Noster Urbanus V mortales Angelici Doctoris exuvias Tolosam transferri iussit ; quam caussam beatus ille Pontifex ita significavit « quia ibi est Universitas nova in theologia, quam volo fundari in solida et firma doctrina illius sancti ». Huiusmodi Universitatem, quae quidem ubi tanti viri et conditi sunt sacri cineres et singulari modo memoria celebratur quasi monumentum extat, nostris hisce temporibus cura praesertim atque opera tum Tolosani, tum trium viciniorum dioeceseon Antistitum instauratam esse ac renovatam, Nos summopere delectamur. Vestigia enim sequuti decessorum Nostrorum, qui sacrarum doctrinarum custodes non modo sed etiam fautores semper extitere, iam inde a Nostri Pontificatus initio studiose dedimus operam,

Recolit quid pro theologicis studiis ab exordio regiminis ipse egerit.

ut scientiarum omnium princeps et dux theologia, ex civilibus exul Athenaeis, in pristinum decus apud catholica studiorum instituta revocaretur. Siquidem in tot errorum tenebris utile esse et maxime expedire Nobis visum est, clarissimae huius disciplinae studia provehi, quippe quae ad mentes divinae veritatis lumine illustrandas, ad propugnandam catholicam fidem, ad omnium denique scientiarum incrementum tantum habet momenti, ut nihil quod praestans ac insigne sit sine ea promatur. Quo vero uberiores ex ea percipi fructus possent, Nos haud semel praecepimus, ut theologiae magisteria augerentur, studia autem ad eam exigerentur rationem, quae a summo scholasticorum est proposita. Ea quidem omnia diligenter fideliterque in catholico Tolosano Athenaeo iam confecta esse et scimus et

laetamur, magnamque hanc esse ducimus laudem, unde illustre illud scientiarum domicilium accessionem gloriae et nominis capiat non mediocrem. Ex iis enim quae non semel ad hanc Apostolicam Sedem sunt perlata, satis compertum est moderatores et doctores eiusdem Athenaei assiduam impendisse operam, ut theologica facultas prae ceteris proficeret, uti par erat, nunc vero ita esse constitutam, ut canonicae erectionis honorem promereri videatur. Quapropter quum a dilecto filio Nostro Iuliano Floriano S. R. E. Presbytero Cardinali Desprez ex dispensatione Apostolica Archiepiscopo Tolosano sint preces Nobis admotae, ut recentiores Athenaeo constitutiones confirmemus et supra dictam theologicam facultatem Apostolicae auctoritatis munimine roboremus, et gratiis privilegiisque honestemus, quae institutionibus a Sede Apostolica praecipue approbatis abundantius reservantur, Nos, perrogatâ sententiâ Sacrae Congregationis studiis regundis, huiusmodi votis benigne adnuendum censuimus. Idcirco, quo Nostrae erga fundatores, moderatores, doctores, nec non studiosam iuventutem Tolosani Athenaei catholici benevolentia cognita magis ac perspecta sit, omnes et singulos quibus Nostrae hae litterae favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, vel quavis de caussa latis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, de Apostolica auctoritate Nostra, vi praesentium concedimus, ut memorati Athenaei constitutiones, dummodo iuxta animadversiones a praedicta S. Congregatione additas emendentur, ratae sint et confirmatae, et privilegiis iam antea concessis canonica erectio theologicae facultatis accedat. Itaque volumus ut exinde Tolosana theologica facultas academicos gradus, baccalaureatus nimirum, licentiae et laureae doctoralis, ex privilegio Apostolicae Sedis et ad Sedis ipsius beneplacitum rite ac valide conferre possit et valeat, sedulo diligenterque servatis praescriptionibus ac regulis, quae in statutis continentur, quorum exemplar apud eamdem S. Congregationem studiis regundis iussimus

Lætatur de instaurata facultate tolosana.

Rogante cardinali archiepiscopo confirmat facultatem theologicam ibidem erectam.

Solemni ritu dictam facultatem erigit,

cum jure conferendi academicos gradus,

servatis statutis a Congregatione jussis

asservari. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quomodolibet spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et irritum esse et inane si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Athenaei etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 20 Decembris 1889, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

M. Card. LEDOCHOWSKI.

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales

DE BELLO ECCLESIAE INDICTO.

24 DECEMBRIS 1889.

Pontifex gratias rependit pro expressis a S. Collegio votis.

COLLE espressioni del maggior gradimento accogliamo i voti di felicità, che fa per Noi il Sacro Collegio in questa lietissima ricorrenza delle feste natalizie : ed a lei, signor Cardinale, che a nome di tutti ha portato la parola, come pure a tutti i suoi Colleghi, offriamo anche Noi, ricambio, i più sinceri e i più felici augurî. — L'unione strettissima che ha con Noi il Sacro Collegio dei Cardinali, opportunamente da lei ricordata, esige questa perfetta corrispondenza di sentimenti e reciprocanza di affetti tanto nei lieti quanto nei tristi eventi.

Animorum concordia dupliciter dulcis in temporibus turbatis.

L'augurio della pace che ella Ci fa, non potrebbe essere nè più proprio del mistero che si festeggia, nè più adatto al bisogno che se ne prova : questo augurio è dolce il ripeterlo nei tempi che traversiamo, tempi non di tranquillità e di pace, ma di persecuzioni e di lotte. La Chiesa, la sua azione nel mondo, il suo sacerdozio, i suoi insegnamenti, le sue sacre ragioni sono da per tutto, e in Italia e in Roma più che altrove, combattute, malmenate e respinte dalla vita sociale, con tutti i mezzi di cui dispone l' umana potenza, la più fina astuzia.

Describuntur vexationes Ecclesiæ illatæ.

Tutte le istituzioni cattoliche nella loro prodigiosa varietà, da quelle ordinate direttamente alla propagazione e alla conservazione della fede nel mondo fino a quelle destinate a sollievo delle molteplici umane miserie, sono prese di mira coll' intendimento d' impadronirsene e di cancellare da esse ogni carattere religioso e cristiano. — Diciamo cose notissime, e ciascuno di voi col suo pensiero abbraccia i tanti fatti, che sono di ciò che diciamo la prova più irrefragabile. Non diremmo nulla di esagerato se aggiungessimo che la guerra va direttamente contro Dio stesso, contro cui l' umana ragione osa sollevarsi ribelle, temeraria, giudicarlo e come provocarlo a tenzone.

Omnia tentat Satanas contra Ecclesiam Dei,

Quest' audacia diabolica, impotente contro Dio e il suo Cristo, riversa il suo odio profondo e sfoga il suo

furore satanico contro la Chiesa di GESU CRISTO, e contro i suoi figli. È una lotta fiera, accanita, che non risparmia nulla, e fa prova di scuotere e, se fosse possibile, distruggere dalle fondamenta l' opera divina del Redentore. — Spinte le cose a tanto estremo, è superfluo dire qual sia qui la condizione Nostra, e quanto di giorno in giorno si faccia più sensibile la mancanza di quella vera libertà e indipendenza, che è indispensabile per lo spedito esercizio del supremo Apostolato.

præsertim contra libertatem Pontificis.

Donec placeat Deo prosternere inimicos, saltem intus floreant pax et concordia, optimi animorum stimuli.

Ora, in mezzo a tanto imperversare di esterni nemici, e finchè a Dio non piaccia di umiliarli e di abbatterli, qual cosa può esservi più desiderabile di quella pace divina che fu annunziata agli uomini sul nascere del re pacifico, che è frutto della sua grazia e della sua carità e che invano si cercherebbe di avere dal mondo? Se dal di fuori tanto furor di nemici ne assale, sarà gran conforto se almeno al di dentro, nel seno cioè della grande famiglia cattolica, regni dovunque sovrana la pace, mercè la perfetta concordia di pensieri, di volontà, di azione, che di tutti i fedeli fa come un sol corpo per la piena armonia tra il Capo e le membra. Questa unione è per se stessa la miglior difesa che possa opporsi agli assalti e alle insidie nemiche; essa raddoppia e centuplica le forze, e anche in mezzo alle maggiori violenze dà all'animo una calma serena ed un coraggio invincibile.

Crescat proin unio inter pastores et greges, per fidelem vitæ christianæ disciplinam, de qua Pontifex intendit mox singulos admonere, novo scripto,

È gran mercè che, malgrado i tentativi che si fanno, il popolo cattolico, com' ella, Signor Cardinale, pocanzi osservava, resta concordemente unito ai suoi pastori e per essi al Pastore supremo e alla Sede Apostolica. Ma è necessario stringere sempre più e rendere indissolubili questi vincoli; è necessario richiamare i popoli alla pratica fedele e costante della vita cristiana. — Questi motivi Ci fecero già pensare a rivolgere a tutti i Nostri fratelli nell' Episcopato nuovamente la parola, ciò che faremo tra poco, per ricordare i grandi doveri che ai cattolici viventi in mezzo alla società impongono le circostanze speciali dei tempi, e i grandi pericoli cui è eposta la loro fede e con la fede l' eterna loro salvezza. Questi doveri sono: l' amor della Chiesa sopra

ogni altra cosa terrena, addimostrato colla prova dei fatti; la professione aperta e coraggiosa della fede di cui Dio ci ha fatto dono, la difesa e l'incremento di essa per la parte che può spettare a ciascuno; la perfetta concordia degli animi nella piena soggezione di tutti ai sacri pastori e nell'amore scambievole fra loro; la vita pienamente conforme ai precetti della legge divina e della Chiesa, i quali tutti si compendiano nella carità. — Desideriamo ardentemente che mercè il buon volere di ciascuno e per gli sforzi riuniti di tutti la Nostra parola porti in abbondanza i preziosi vantaggi che ne speriamo. Sarà la maggior consolazione che possano mai darci in mezzo a tante amarezze i Nostri figli, persuasi come siamo che questo sia anche il modo più efficace per affrettare il giorno delle misericordie, della libertà e della tranquillità della Chiesa.

24 DECEMBRIS 1889.

cujus summam tangit,

et a quo multa sperat.

Intanto in questi giorni di grazia e di salute da tutti i cuori cattolici salga più calda che mai la preghiera al Redentore divino per i grandi bisogni della sua Chiesa. Egli, che ha vinto il mondo e debellato l'inferno, si degni di far gustare anche alla nostra calamitosa età i frutti inestimabili della sua vittoria. Con questa speranza esprimiamo di nuovo al Sacro Collegio dei Cardinali i Nostri augurî anche pel nuovo anno, ed a ciascuno di essi, come pure a tutti i Vescovi e Prelati qui presenti, impartiamo dal fondo del cuore l'Apostolica benedizione.

Christum natum, mundi debellatorem implorat.

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales.

DE LEGIBUS INIQUIS NUPER LATIS.

30 DECEMBRIS 1889.

Pontifex lætatur de novis universitatibus in America et in Helvetia conditis.

TEMPESTIVUM quoddam solatium ex remotis Americae oris, pariterque ex Helvetiis nuper accepimus. Quod enim magnopere catholici expetebant, ut propria aliquot sibi esse Gymnasia magna in eruditionem iuventutis liceret, id sua ipsorum contentione novissimo tempore assecuti sunt, constitutis Washingtoni, Ottawae, itemque Friburgi maiorum disciplinarum domiciliis : in quibus hoc quidem sanctissimae legis instar habebitur, coniungere incolumitatem fidei cum elegantia doctrinae, neque minus ad religionem, quam ad artes optimas informare adolescentes. Qua de re probe intelligimus quantam haberi gratiam imprimis Episcoporum providentiae et constantiae, tum collatae privatorum operae oporteat. Utrisque sua tribuenda laus quod, coniunctis consiliis studiisque, memorabile beneficium pepererint, quo non Ecclesia solum, sed civitas magnâ cum salute sua perfruatur. Nam eiusmodi coeptorum cernimus animo, Venerabiles Fratres, fructus futuros : intereaque Nos ea cogitatio non parum recreat, in civitatibus, quae memoratae sunt, libere properare ad incrementa posse catholicum nomen, tutela legum et hominum aequitate defensum. —

Intus queritur augeri angustias.

Ista quidem satis iucunda foris acerbiorem sensum earum rerum efficiunt quae geruntur domi. Hic enim impugnare Ecclesiam adversarii non desistunt : quin etiam profitentur hostiles animos quotidie audacius, gloriamque facinoris ultro petere non verentur. Satis eloquuntur hominis non privati nuper dicta, cum in concione frequenti, eâque consulto vocatâ, quid rectores rerum italicarum de Ecclesia romanoque Pontificatu cogitent, quid velint, aperte indicavit.

Recolit hostium acta, dictaque,

— Neque absimiles in Urbe, mense Iunio, auditae voces, quibus diebus per inusitatas easque clamosas significationes non tam transfugae honos, quam Ecclesiae ignominia quaerebatur. Ita facile apparet, eodem inclinare utrobique sen-

tentias, et hoc esse prorsus commune propositum, exercere cum avita religione inimicitias, pravarumque sectarum auspiciis et ductu totum italorum genus, si fieri posset, ab Ecclesiae complexu divellere. Compertas illas habetis, Venerabiles Fratres, plenas importunitate atque audacia sententias. Romanorum Pontificum in urbem Romam oppugnare iura placuit, eademque usque adeo opinione minuere, ut non plus habere momenti dicta sint, quam quod regiarum domorum rationes habere universe solent. Quod autem est Nobis ereptum, id esse novis possessoribus firmo perpetuoque iure quaesitum, quasi nasci ius ex vi iniuriâque possit. — Supervacaneum profecto est hoc loco meminisse titulos omnino singulares, quorum caussâ Sedes Apostolica ius sibi suum in Urbe vindicat, vindicabit. Pariter nihil est opus naturam commemorare civilis romanorum Pontificum principatus, qui, cum illuc pertineat ut Apostolici ministerii libertatem dignitatemque debitam efficaci custodia tueatur, caussam habet sibi unice propriam, idemque a communi ratione principatuum non parum differt. At vero silere omnino neque possumus, neque debemus, cum in Apostolicam Sedem istos velut renovatos impetus vis inimica convertat. Eo vel maxime, quod in propugnatione iuris Nostri non tutelam rei alicuius mortalis Nobis proponimus ipsi tamquam finem, sed maiora quaedam atque altiora spectamus. Videlicet fidem christianam conservari integram, ut oportet, volumus : eius enim vocatur in discrimen incolumitas, quando qui populo praesunt has partes assignant reipublicae, vindicare humanae rationi sine modo, sine lege, principatum : quod, missis ambagibus, nihil est aliud, quam respuere funditus quaecumque a Deo tradita sunt, planeque ab Ecclesia desciscere. Itaque non id agitur tantum ut religionem civitas nullam habeat potiorem, aequabilitatemque iuris largiatur nullo discrimine singulis, in quo iniqua et summe perniciosa ipsa aequabilitas est : sed lacessere placet catholicum nomen publica denunciatione belli, et cum pessimis IESU CHRISTI inimicis consilia viresque coniungere. Vix credibile videatur, huc denique esse perventum, idque in Italorum gente, quae christianae

præsertim contra inviolabile Apost. Sedis jura in Romam.

Causam Sedis Apostolicæ vindicat.

Non agitur de re humana sed de tutela rei sacræ,

implacabili odio lacessitæ.

veritatis lumen maturrime, Dei munere, aspexit bonitatisque divinae maxima ac plane singularia beneficia undeviginti saeculorum spatio et sensit et religiose custodivit. Sed res est ante oculos posita. Nec sane minacius dicunt, quam faciant: quin omni ratione conantur destinata perficere, proptereaque non desinunt institutorum et legum in Ecclesiae perniciem torquere cursum.

Contra novum codicem pœnarum, Ecclesiæ atque clero injuriosum, Pontifex solemniter iterato protestatur.

Proximae calendae Ianuariae initium novi iuris poenalis sunt, ut nostis, allaturae. De quo cum deliberationes anno superiore in legumlatorum coetu haberentur, Nos quidem hoc ipso loco haud praetermisimus capita illa, ut oportebat, redarguere, quae per speciem castigandae licentiae illuc revera pertinent ut iustam Cleri libertatem minuant, operamque praepediant. In quo detractum iri plurimum Ecclesiae diximus, quippe quae in societatis perfectae formam divinitus constituta sui iuris est, nec debet in muneribus officiorum suorum ulli hominum imperio subesse. Simul conquerebamur, iniuriam fieri universo ordini Clericorum quod in eos, nulla caussâ probabili, sacri iuris auctoritate contempta, singulares leges singulari severitate constituerentur. Quae tamen perlevi sententiarum mutatione probatae lataeque sunt. Nos itaque Apostolici officii Nostri memores quas tunc expostulationes, coeptâ iniuriâ, fecimus, easdem nunc, patratâ, renovamus.

Sed aliud ex alio vulnus impendere Ecclesiae videtis: rogatam legem intelligimus de Operibus Piis, quam nuperrime festinatis suffragiis probavere: quamque ipsam fatentur esse tanquam gradum ad cetera iactum; scilicet ad omnia religionis delenda vestigia ex institutis civitatum.

Protestatur insuper contra legem de Operibus Piis, quæ est sacrilega multiplicis juris violatio.

Congruit sane cum eiusmodi proposito ratio legis; cuius ea vis est imprimis, quaecumque pietatis caussâ instituta esse constiterit, ea partim extinguere, partim in aliam formam naturamque convertere, ita plane ut in tanta mutatione eversio rerum institutarum verissime consecutura videatur. — Sed illud prae ceteris nec pietati consentaneum nec iustitiae, omnia fere, quae instituta sint aut testamento relicta, divini cultus caussâ, aut defunctis expiandis, dotandisve puellis ad collegia monialium aspirantibus, hoc ipso

haberi caduca et vacua, aliosque in usus converti oportere. In quo perspicuum est, auctorum violari voluntatem, propterea quod suam illi pecuniam utique in eas caussas, quae memoratae sunt, nec ullo pacto in alias, addixere: quae caussae cum ad religionem, ad piorum manium solatia, ad perfectionem virtutis pertineant, tam sunt naturâ immutabiles ac perpetuae, quam iura et officia, quae hominem iungunt Deo. — At vero ne illud quidem praeterire taciti possumus, in Decurias praepositorum rei subsidiariae administrandae plerosque omnes cooptari, ne feminis quidem exceptis, licere, Parochos non licere. Quod quidem ita placuisse memoravere ob cognitam illorum in Episcopos suos romanumque Pontificem voluntatem: ita ut dubitari non possit, qua mente, cuius rei gratiâ, hanc, de qua loquimur, legem invenerint. — Utique *laicam* inquiunt esse beneficentiam oportere, ut queat esse gratior: nam accipere verecundius, animumque despondere calamitosos consuevisse, ubi caritatem christianam sibi sentiant adesse. Sed miserum est in christianis reperiri, qui tam vehementer errent in eius aestimatione virtutis, quae princeps est et regina ceterarum. Quandoquidem sincera voluntas hominum iuvandorum non potest nisi ex intima benevolentia nasci: hanc vero aut unice aut maxime insidere in eorum animo necesse est, qui singulos homines paene se alteros putent, fratrumque diligant loco: qui ceteros aeque ac se ex Deo tamquam patre genitos, pariterque IESU CHRISTI sanguine redemptos, et ad eamdem in caelis felicitatem vocatos sciant. Quin inopes atque aerumnosos tam amanter IESUS CHRISTUS complectitur, ut collatam in eos beneficentiam plane collocatam apud se, seque ipse obligatum beneficio deputet. His sensibus comitata caritas tantum abest ut animos frangat miserorum, ut potius extollat ad tantam personae dignitatem, quantam homo sine caelestis doctrinae lumine ne fingere quidem cogitatione posset. Nunc vero huiusce indolis caritas frustra requiratur extra Ecclesiam Dei, quam videlicet unam IESUS CHRISTUS sapientiae, disciplinae, charismatum suorum reliquit heredem: quaeque divini auctoris sui quam bene et obtemperare consiliis et

30 DECEMBRIS 1889.

Queritur quod a decuriis parochi arceantur.

Nihil efficacius ad solandam miseriam quam sincera fraterna caritas.

Hæc autem extra Ecclesiam Dei frustra requiritur.

exempla imitari consueverit, dedit omni tempore documenta maxima. Ullumne aerumnarum est genus, cui non Ecclesia succurrere nedum pietate materna, sed excellenti prudentia vigilantiaque studuerit? Ita eius potissimum operâ atque auctoritate, aut saltem consilio, gratiâ, tutelâ, opportuna variis calamitatibus solatia ubique gentium inventa sunt, sed iis in locis plura, in quibus florentior Ecclesia, virtutumque christianarum studia maiora. Insignis hac laude Italia, quae fidem catholicam, per prospera, per adversa, intemeratam retinendo, fuit omni aetate beneficiorum huius generis uberrime ferax. Eo magis inhumanum atque italica gente indignum, praeripere Ecclesiae voluisse beneficentiae publicae facultatem. — Obtenderant quidem interversos reditus maleve locatos: sed lux veritatis, unde minime voluissent, erupit. Instituta de administratione quaestio criminationem falso confictam splendide refutavit.

Ipsa Italiam tantopere reddidit piorum operum feracem, ex quo magis elucet impietas novæ legis.

Inter quae velut ad cumulandas iniurias aliud accessit commissum audax, quo, qui rerum civilium potiuntur, in ipsam rei sacrae administrationem invasere. Facile, Venerabiles Fratres, intelligitis quo spectet oratio: ad ea nimirum, quae contra venerabilem fratrem Aloisium Episcopum titularem Troadensem, Ordinarium Aquaevivae et Altamurae, his ipsis postremis mensibus aggressi sunt statuere. Actas res universi cogniscitis: primum Episcopo Troadensi interdictum utriusque Ecclesiae bonis: tum ipsum gradu motum: aedibus eiectum: simulque earum Ecclesiarum delatum alteri regimen, perinde ac res agatur mere civilis, omnino in ditione arbitrioque posita politicae potestatis. Quo facto non perruptae solum Ecclesiae leges sunt, sed ipsa pontificii Nostri primatus nativa iura violata. Itaque non sine magno angore animi conquerimur talem iniuriam: simul, quae hac super re per vim decreta gestave sunt, improbamus atque Apostolica auctoritate reiicimus. Ad Clerum populumque earum Ecclesiarum quod attinet, utrosque in Domino monemus, quid a se postulet officium serio perpendere. Sicut aequum est, politicae potestati dicto audientes esse in rerum genere civilium, ita in iis quae regimen animarum attingunt non alii possunt auctoritati,

Protestatur demum Pontifex contra injurias Episcopo Troadensi illatas.

Monet clerum et populum ut fortiter in sacris Ecclesiæ pareant.

quam Nostrae legitimoque iure praepositorum subesse, nisi velint, quod Deus prohibeat, se ipsi ab hoc centro seiungere catholicae unitatis. *30 DECEMBRIS 1889.*

Nunc vero, prius quam Episcopi designentur vacuis Ecclesiarum sedibus praeficiendi, ad maiorem Dei gloriam et Ecclesiae utilitatem duos praestantes viros S. R. E. Cardinales creamus, quos tamen iustis de caussis in pectore reservamus, arbitrio Nostro quandocumque publicandos. Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti. Amen. *Duos cardinales creat.*



ELENCHUS DOCUMENTORUM.

Pag.

Praefatio Editoris. I

1. Epistola *Egregii tui*, 30 Julii 1887... 1
2. Epistola *Litterarum*, 2 Augusti 1887... 3
3. Decretum *Inter densas*, 11 Septembris 1887 5
4. Epistola *Vi è ben noto*, 20 Septembris 1887... 7
5. Litterae Apostolicae *Quod primo*, 1 Octobris 1887. 11
6. Allocutio *Grande est la joie*, 18 Octobris 1887 13
7. Allocutio *Anniversaria*, 25 Novembris 1887. 16
8. Epistola *Officio sanctissimo*, 22 Decembris 1887. 19
9. Litterae Apostolicae *Salvatoris ac Domini*, 26 Decembris 1887 37
10. Allocutio *Altamente accetti*, 4 Januarii 1888 40
11. Litterae Apostolicae *Praeclaro*, 3 Februarii 1888... 43
12. Allocutio *Nous éprouvons*, 4 Februarii 1888. 45
13. Allocutio *Cognitam*, 27 Februarii 1888. 47
14. Allocutio *Come ci fu*, 2 Martii 1888... 49
15. Epistola *Quod anniversarius*, in festo Paschatis 1888. 52
16. Allocutio *Nous sommes*, 13 Aprilis 1888... 55
17. Allocutio *Tanta devozione*, 16 Aprilis 1888. 57
18. Allocutio *Nous éprouvons*, 19 Aprilis 1888... 59
19. Allocutio *In tanta*, 21 Aprilis 1888... 61
20. Allocutio *Siate i benvenuti*, 26 Aprilis 1888. 63
21. Allocutio *Les sentiments*, 29 Aprilis 1888. 65
22. Allocutio *Non è questa*, 3 Maii 1888. 67
23. Epistola *In plurimis*, 5 Mai 1888. 69
24. Allocutio *Ci consola*, 11 Maii 1888. 85
25. Allocutio *Par une disposition*, 24 Maii 1888... 88
26. Allocutio *Mirandum sane*, 1 Junii 1888. 91
27. Litterae Encyclicae *Libertas*, 20 Junii 1888. 96
28. Epistola *Saepe Nos*, 24 Junii 1888. 121
29. Motu Proprio *Cum plura Nobis*, 10 Julii 1888. 125
30. Litterae Apostolicae *Quod singulari*, 17 Julii 1888. 127
31. Epistola Encyclica *Paterna caritas*, 25 Julii 1888. 130
32. Litterae Apostolicae *Quum probe*, 31 Julii 1888. 136
33. Decretum *Diuturnis*, 5 Augusti 1888... 138
34. Allocutio *Siate i ben venuti*, 25 Septembris 1888. 141
35. Motu proprio *Augustum*, 1 Octobris 1888... 145
36. Regolamento della *Biblioteca Vaticana*. 148
37. Calendario della *Biblioteca Vaticana* 171
38. Epistola *Opus tibi*, 17 Octobris 1888. 172
39. Allocutio *In molte occasioni*, 24 Octobris 1888. 174
30. Decretum *Plures catholici orbis*, 1 Novembris 1888. 177
41. Epistola *Quam aerumnosa*, 10 Decembris 1888.... 179
42. Epistola *Est sane molestum*, 17 Decembris 1888... 183
43. Allocutio *I singolari beneficî*, 24 Decembris 1888. 187

Pag.
44. Litterae Encyclicae *Exeunte iam anno*, 30 Decembris 1888. 190
45. Epistola *Gratulatio unanimis*, 30 Decembris 1888. 203
46. Epistola *Eximia pietas*. 30 Januarii 1889. 207
47. Litterae Apostolicae *Cum Apostolica Sedes*, 5 Februarii 1889. 209
48. Allocutio *Nostis errorem*, 11 Februari 1889 213
49. Epistola *Sertum Nobis*, 21 Februarii 1889. 218
50. Epistola *Magni Nobis*, 7 Martii 1889. 221
51. Litterae Apostolicae *Singulari benevolentia*, 15 Martii 1889. 223
52. Allocutio *La devozione e l'affetto*, 2 Martii 1889. 226
53. Epistola *Pati sane non poterat*, 14 Martii 1889. 230
54. Epistola *Gratam scito Nobis*, 31 Martii 1889. 232
55. Epistola *Ad leniendum dolorem*, 13 Aprilis 1889 234
56. Epistola *De magno catholicorum*, 14 Aprilis 1889. 236
57. Epistola *Plurimum Nobis*, 19 Aprilis 1889. 237
58. Epistola *Libentes intelleximus*, 29 Aprilis 1889. 239
59. Epistola *Sicut acceptum studium*, 29 Aprilis 1889. 241
60. Epistola *Descriptio rerum*, 27 Aprilis 1889. 244
61. Epistola *Nuncia ac testis*, 7 Maii 1889. 246
62. Allocutio *Amplissimum Collegium vestrum*, 24 Maii 1889. ... 248
63. Epistola *Litteris ad te*, 1 Junii 1889... 251
64. Epistola *Grata Nobis*, 7 Junii 1889. 254
65. Litterae Apost. *Benigno divinae providentiae*, 28 Junii 1889. 255
66. Allocutio *Quod nuper*, 30 Junii 1889. 258
67. Instructio *Varium ac multiplex*, 18 Julii 1889. 263
68. Epistola *È giunto*, 19 Julii 1889. 265
69. Epistola *Quod alicubi*, 1 Augusti 1889. 270
70. Epistola Encyclica *Quamquam pluries*, 15 Augusti 1889. ... 272
71. Oratio *Ad te, beate Joseph*. 277
72. Epistola *Cum ex aliis rebus*, 7 Septembris 1889. 278
73. Allocuto *Il y a deux ans*, 30 Octobris 1889. 280
74. Epistola *Per alias litteras*, 8 Novembris 1889. 286
75. Litterae Apostolicae *In magna et multiplici*, 10 Decembris 1889. 289
76. Epistola *Quod opera*, 10 Decembris 1889. 292
77. Lettera *Fra le molteplici cure*, 18 Decembris 1889. 294
78. Litt. Apost. *Eximia sacrarum disciplinarum*, 20 Dec. 1889. 296
79. Allocutio *Colle espressioni*, 24 Decembris 1889. 300
80. Allocutio *Tempestivum quoddam*, 30 Decembris 1889. 301

INDEX ANALYTICUS [1].

Pag.

1. **EPISTOLA** ad episcopum Leodiensem de habendo altero conventu sociali dicto. — 30 julii 1887 1

Fauste peracto superiore conventu, alterius conventus habendi consilium laudat Pontifex 1. — Digna sane causa in qua se exerceant ingenium et caritas 1.— Agitur de levanda sorte operariorum, necnon de arcendis periculis rei publicæ imminentibus : agitur de aptis remediis strenue adhibendis, — ad quæ præsidium religionis omnino requiritur 1-2. — Pontifex de futuro conventu fauste ominatur, eique apostolicam benedictionem impertit 2.

2. **EPISTOLA** ad Cardinalem Langénieux, archiepiscopum Rhemensem, et ad cœtum præsulum et abbatum Castellione congregatum de cultu B. Urbani II. — 2 augusti 1887 3

De erecta statua B. Urbani, deque solemnitate ejusdem dedicationis se delectatum testatur Pontifex 3.— Tanti honoris, hac præsertim ætate, apprime dignum declarat B. Urbanum ; cujus honori pietas publica, testante Nuntio, non defuit 3.— Redundant istæ laudes in Sedem quamUrbanus II olim illustravit. Vota votis reddens Pontifex, Deum adprecatur, ut meritis tanti Præsulis Galliæ populo ac clero vires augeat ad fidei certamen 3-4. — Ad hunc finem suam ipsis benedictionem amanter impertit 4.

3. **DECRETUM** de mense octobri reginæ a Rosario dicando, ac de festo ejusdem ritu dupl. II clas. celebrando. — 11 septembris 1887 5

Inter densas calamitatum tenebras, Pontificis verbo amplum fructum ferente, frequens festorum ac mensis Rosarii cultus per orbem christianum reviviscens, spem facit obtinendæ victoriæ, per fidem, quam recolit Rosarii devotio 5. — De quibus Pontifex vehementer lætatus, et ad perseverandum gregem hortatur, et renovat quæ jam tulit de Rosario decreta 5-6. — Quin ad ejus augendum cultum, B. V. a Rosario solemnitatem ad ritum dupl. II. class. pro universa Ecclesia provehit 6.

4. **EPISTOLA** ad episcopos Italiæ de Sacro Rosario. — 20 septembris 1887... 7

Præterita recolens, præsentiaque contuens, Pontifex spem in cultu S. Rosarii reponit 7. — Ecclesia votis ejus haud semel se docilem in colendo Reginam a Rosario monstravit, imprimis Italia, quam instantius de hoc cultu hisce litteris

1. Index materiarum alphabeticus quarto volumini adiicietur.

Pag.

adhortatur 7. — A quo gubernaculum Petri suscepit, etsi omnium curam gerens nationum, italicum tamen populum magis amplexus est, utpote Ecclesiæ centrum, Patrique christianæ familiæ proximum 8. — Quamquam ut deficiat ab hereditate fidei calamitose vexatur, præsertim Roma Petri sedes, sectis diabolice furentibus 8. — Queritur gregem periclitantem, seseque, ne ipsi medeatur, constrictum 8. — Adsit proin B. V. Orent omnes boni cœlestem Dominam, pro fratribus errantibus, — pro Pontifice oppresso 9. — Tot ab ipsa relati triumphi renovabuntur, si antiqua ad ipsam reviviscat pietas 9. — Quare augendus ejusdem festi ritus 9. — Ad mensem Octobris accedant Itali fervido corde, pœnitentia mundato, imo fide intrepida, ab omni humano timore libera 9-10. — Recedat proin, funeste serpens, animus ad res religiosas indifferens 10.— Curent Præsules ut sopitæ mentes e languore excutiantur 10. — Fausta futura a Deipara expectans, Pontifex benedictionem apostolicam impertit 10.

5. **LITTERÆ APOSTOLICÆ de indulgentiis occasione sacerdotalis jubilæi Sanctissimi Domini Nostri lucrandis. — 1 octobris 1887** 11

Gregem de instante solemnitate gestientem laudat Pontifex, Deoque refert se solanti gratias 11.— Quæ Festivitas Patris, ut familiæ cœlestibus favoribus prosit, omnibus fidelibus corpore ad se venturis, necnon mente ad se de longe convolantibus, modo per novendialem supplicationem jubilæo sese conjungant,semel vel pluries, solitis conditionibus satisfaciant, debitum ecclesiam visitent, plenariam indulgentiam consequendam concedit ; insuper, pro quovis novendialis supplicationis die, trecentorum dierum indulgentiam, — utramque animabus defunctorum applicabilem 12.

6. **ALLOCUTIO ad operarios gallos Romam peregrinantes. — 18 octobris 1887**... 13

Pontifex sodalibus societatum operariorum gratulatur de frequenti concursu, deque zelo pro instauratione sociali 13. — Ecclesia semper opifices doctrina evexit, eos a potentioribus tutans, olimque, dum ipsa libera audiebatur, muneribus, juribus auxit 14. — Quæ jura, publica lege sancita, nonnihil, urgente præsertim periculo, ad eorum bonum conferunt 14. — Eadem nunc, pro viribus, prosequitur Ecclesia ; atque ipse Pontifex ad has curas sese non destitit conferre, conferetque se semper 14. — Caveant operarii a lupis pelle ovili contectis, Deo et Ecclesiæ fidi adhærentes, Apostolica benedictione muniti 15.

7. **ALLOCUTIO ad S. R. E. Cardinales de instante jubilæo ac de rebus Italiæ. — 25 novembris 1887**... 16

Deo gratus, Pontifex enumerat multifaria benevolentiæ testimonia, tum privata, tum publica, sibi occurrente jubilæo

Pag.

ab universo orbe præstita 16. — In quibus et divinam bonitatem fulgere, et Ecclesiæ gloriam ac unitatem testatur, tantæ conspirationis mentium memoriam usque servaturus 16. — Bellum dein in Italia grassans queritur 17. — Ecclesiasticam de decimis solvendis legem violatam luget, ejusdem violationis finem detegens 17. — Insuper mox perferendam legem de patrimonio ecclesiastico, utpote juri canonico contrariam, atque oppressivam, vehementer damnat 17. — Demum a scholis publicis juventuti timendum declarat 18. — Quas Italiæ calamitates, pericula quæ continent prospiciens, orbi significat, Dei ope cæterum plane confisus 18.

8. **EPISTOLA ad Archiepiscopos et Episcopos Bavariæ de rebus Bavariæ. — 22 decembris 1887** 19

Relevatis rebus ecclesiæ apud Borussos, sese ad Bavaros Pontifex convertit 19. — Ad medendum rebus ejusdem apud ipsos opem suam pollicetur, auxiliante antistitum ordine 19. — Fasta Ecclesiæ Bavariæ repetit a S. Severino Abbate, Norici apostolo, ad S. Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum, hierarchiæ catholicæ in his regionibus auctorem 19-20. — Inde, cum per duellium imperium inter et sacerdotium, tum per Novatorum seditiones, fida exstitit Bavaria, etsi secta circumdata ; jure olim a Gregorio II laudata 21. — Hinc omen felix pro futuris temporibus accipitur, adjecta Pontificis cura 21. — Bavariæ Ecclesiam a Pio IX merito celebratam, Leo XIII pariter commendat 22. — Sed crescentibus difficultatibus ad augmentum vigilantiæ et roboris animos incitat 22. — Imprimis parandus, ornandus CLERUS utpote præsulum exercitus 22. — Antiquissima hæc Ecclesiæ cura, nonnisi injuste impedienda 22-23. — Est enim Ecclesia perfecta societas 23. — Quale doctrina et virtutibus seminarium, talis clerus 23. — Clerus, lux mundi, *sapientia* indiget, ut veritatis regnum extendere valeat, erroresque convellere 23. — Quod munus in prioribus Ecclesiæ sæculis Patres ac Doctores gloriose executi sunt, ethnica superstitione profligata 24. — Perpensis philosophorum scriptis, fidem et rationem plane esse concordes ostenderunt 24. — Quos inter doctores eminent Augustinus et Thomas Aquinas, imprimis operibus *De Civitate Dei* et *Summa* utraque 24-25.— Instauranda hodiedum hæc pugna cum neoethnicis, qui, ducibus Novatoribus sæc. XVI, specie progressionis, per abrupta *idealismi*, *materialismi*, ad excidium humanam societatem conducunt 25. — Quare clerus rite formatus ad hos debellandos exsurgat 25. — Humanitatis stadio emenso, philosophia optima imbuatur 26. — Opera Aquinatis sedulo pervolvat : sunt enim præclarissima mentis disciplina 26. — In his reperitur ad contemplationem via, errorum tum veterum tum recentium confutatio, tuta disquisitionis libertas 26. — Qualis doctor catholicus esse debeat, paucis declaratur 27. — Lux doctrinæ e candelabro *virtutis* effulgeat 27. — Magister et

Pag.

exemplar Christus sit 27.— A sæculo, Ipso vocante, segregati, ministri Christi vita ipsius vivant non jam sua : Humiles, sobrii, benefici, obedientes propriis pastoribus, pastorique supremo 27-28. — Sed et Cæsari quæ Cæsaris sunt sedulo reddant, memores dignitatis potestatis civilis 28. — Ita tamen, ut orto conflictu, Deo magis quam hominibus pareant 28. — Valde curanda totius INSTITUTIO JUVENTUTIS 29. — Quo magis Ecclesia de hac merita est, eo justius de frustrato suo opere ingemiscit 29. — Munus religionem docendi Ecclesiæ, ipsique soli cœlitus commissum 29.— Bonorum est invigilare ne scholæ, excussa Ecclesiæ ditione, et doctrina falsa et moribus pravis corrumpantur 29-30. — Suas quoque partes agere docentur patres familias 30. — Rationem de liberorum institutione sibi reddendam sciant 30. — Ad scholas *neutras* vitandas, catholicas propriis sumptibus sustentare procurent 30. — Maxime interest reipublicæ bona juventutis institutio 30. — Spreta namque divina auctoritate, mox et quævis humana spernatur oportet, unde societas dissipetur 31. — Proin civilis potestas, si prudens sit, Ecclesiam jurium suorum tutricem adhibebit 31. — Greges insuper a MASSONIBUS defendendi sunt 31. — Tenebricosæ sectæ ratio et consilia exponuntur 31. — Sed et caveatur a nimio cum non catholicis commercio 32. — Obstacula heic opponi dolet Pontifex 32.— Ad sollertiam et vigorem excitat catholicos 32. — Fructus hujus sollertiæ indicat 32. — Rationes ob quas in Bavaria multum pervaleat enumerat 33. — Quare instent catholici, ut bonis legibus, Ecclesiæ statui consulant 33. — Quibus enim mediis hostes religionis eam oppugnant, iisdem boni eam vindicent æquissimum est 33. — Imprimis Ecclesiæ libertas vindicanda, Christi sanguine parta 33. — Sublimiorem scopum suum Ecclesia, societas perfecta, a civili discreta, libere attingat oportet 34. — Præcipua ad hoc media ipsi propria recensentur 34. — Sicut fides et ratio, ita Ecclesia et civilis potestas uno Deo auctore harmonice conspirant 34. — Speciales pactos cum Bavaria conventus commemorat Pontifex 35. — Quibus, cum Ecclesia numquam defuit, ne civilis potestas desit optandum 35. — Principem Bavariæ regentem caute admonet ut querelarum causam, avorum memor, ocius tollat, catholicosque ad hoc strenue impetrandum excitat 35. — Implorata cœlesti ope, Bavariæ apostolicam impertit benedictionem 36.

9. **LITTERÆ APOSTOLICÆ** de eleemosynis pro locis sanctis colligendis. — 26 decembris 1887 37

Pontifex suam erga monumenta salutis Hierusalem exstantia specialem curam testatur 37. — Recolit quæ decessores sui in hoc ordine gesserint, imprimis Fratrum Minorum O. S. Fr. custodiam ab ipsis commendatam 37.— Litteras Pii VI commemorat 38.— Instante Generali Ord. Fratr. Min., expositis de causis, statuit quotannis in omnibus locis collectam

Pag.

faciendam, qua necessitatibus dictæ custodiæ subveniatur 38. — Modum præscribit eleemosynas ad sacrorum locorum Custodem transmittendi 39.

10. ALLOCUTIO ad cives italos, qui magna frequentia Romam convenerant. — 4 januarii 1888... 40

Inter omnium vota, gratissima Pontifici sunt Italorum 40.— Ab ingratis se secernentes, publice Sedi Apostolicæ adhærent, ejusque jura proclamant vindicanda 40. — Eo meliores sunt cives, quo magis Rom. Pont. adhærent 40. — Orbis universus gestiens, vim supremi Pontificatus proclamat, cujus sedem esse, summo honori populo italo habendum ; quamque exteri catholici liberam esse omnino volunt 41. — Maneant ipsi fideles, Pontificis benedictione muniti 42.

11. LITTERÆ APOSTOLICÆ de birreti violacei usu universis antistitibus concesso. — 3 februarii 1888... ... 43

Gaudet Pontifex de frequenti celebritate sacerdotalis jubilæi, deque cœlitum honoribus hac occasione a se præsanctis viris concessis 43. — Hæ solemnitates, multiplici ratione faustæ, in laudem cedunt ordinis Antistitum, arctissime Sedi Romanæ conjuncti 43. — Ad cujus eventus memoriam Pontifex ipsis usum violacei birreti in perpetuum concedit 43. —

12. ALLOCUTIO ad selectos viros e societate S. Vincentii a Paulo. — 4 februarii 1888... 45

Pontifex laudat sodales eorumque societatem, temporum necessitatibus apprime accommodatam 45. — Sæculo charitatem respuente, oportet ut hæc virtus operibus piis præsideat 45. — Hortatur sodales ad zelum et perseverantiam 46. — Vera charitas bona spiritualia et æterna respicit 46. — Describitur apostolatus charitatis, ad mentem sodalitatis S. Vinc. 46. — Pontifex sodalibus benedicit 46.

13. ALLOCUTIO ad Germanos. — 27 februarii 1888... 47

Laudat Pontifex catholicorum Germanorum pietatem 47.— Vota facit pro incremento Ecclesiæ 47. — Orbis concursus vim Rom. Pontificatus alte clamat 47. — Cujus libertas civitatibus maxime prodest 47.— Quare omnis Pontificis cura hanc libertatem vindicandam respicit 47. — Ipsum adjuvent fideles intrepide oportet 48.— Gaudet de meliori statu verum in Borussia, — speratque plenam proxime libertatem, modo catholici concordiam servent 48. — Catholicis Germanis benedicit 48.

14. ALLOCUTIO ad S. R. E. Cardinales de Iubilæo, deque rebus Romanis. — 2 martii 1888... 49

Pontifex gratias rependit purpuratis secum gestientibus, necnon omnibus jubilæum suum celebrantibus, cujus omnem Deo refert laudem 49. — Tantæ tamen festivitates res romanas nullatenus mutaverunt 49. — Imo Pontificem a civili

Pag.

potestate dependentem aperte monstraverunt 50. — Si Pontificatus superare valet procellam, non ideo hæc bona, sed ille divinus 50. — Inde spes recuperandæ libertatis, cui Pontifex totum suum regnum devovet, sacro collegio adjutus 50.

15. **EPISTOLA ad universos Episcopos de missa solemni defunctorum occasione iubilæi singulis statuto die dicenda. — In festo Paschatis 1888** 52

Pontifex gratias agit Deo auctori de sacerdotali jubilæo tanta mentium conspiratione celebrato 52. — Inanes inde suos conatus agnoscant Ecclesiæ hostes 52. — Totius gregis, imo omnium extra ovile versantium recordatus, pro ipsis triumphantem Ecclesiam novo decore gestientem imploravit 52-53. — Imo ad Ecclesiam in Purgatorio laborantem cupit hujus anniversarii thesauros communicari, multiplicato pro animabus ibidem detentis altaris sacrificio 53. — Proin Missam ut in Commem.omn. def. statuit omnibus antistitibus ultima Dominica Septembris dicendam, quæ et in quavis ecclesia, imo a quovis sacerdote dici poterit 53-54. — Cui, ut se libentius uniant fideles, indulgentiæ adjiciuntur 54. — Apostolica benedictio impertitur 54.

16. **ALLOCUTIO ad Gallos. — 13 aprilis 1888...** 55

Pontifex Gallis, quorum laudat pietatem, unionem cum Sede Romana, fontem avitæ ipsorum gloriæ, fortiter commendat 55. — Omen capit ex bonorum multiplici zelo 55. — Hortatur fideles ad sese omni bono devovendum, præsertim juventuti educendæ 56.

17. **ALLOCUTIO ad Austriacos. — 16 aprilis 1888...** ... 57

Gaudet Pontifex hortamina sua tanto zelo piorum corda inflammasse 57. — Recordatur quanta devotionis Ecclesia et Austria sibi invicem praebuerint testimonia 57. — Vult Ecclesia viros catholicos optimos esse cives 57. — Juventutis bene educendæ imprimis est sollicita 57. — Lætatur Pontifex fideles amaritudinibus suis dolentes uniri 58. — Quanto beneficio mundo sit Pontificatus ostendit 58. — Ipsos ad perseverandum hortatur apostolicam eis benedictionem impertiens 58.

18. **ALLOCUTIO ad Belgas. — 19 aprilis 1888** 59

Pontifex specialissime de Belgarum frequentia gaudet, quippe quibus se speciali vinculo conjunctum sentit 59. — Laudat indolem nationis, testimonium Leopoldi I afferens 59. — Laudat recentem victoriam a catholicis belgis relatam 59. — Concordiam inter se, Episcopatui obedientiam eisdem commendat 60. — Momentum summum christianæ educationis proclamat 60. — Novam cathedram in Universitate Lovaniensi erigendam se curasse recolit 60. — Belgis benedicit 60.

19. **ALLOCUTIO ad Polonos. — 21 aprilis 1888...** ... 61

Lætatus de frequentia Polonorum, Pontifex ex dissimilitu-

Pag.

dinibus, quæ inter se et ipsos sunt, argumentum sumit ad proclamandum Ecclesiæ universalis decorem 61.— Inde apud omnes multum valet ad pacem 61. — Hortatur eos ad consensum, obsequium erga Sedem Apostolicam, fiduciamque in Pontificem ipsis devotissimum 61.

20. ALLOCUTIO ad Lusitanos. — 26 aprilis 1888... ... 63

Paternum affectum in Lusitanos eo libentius testatur Pontifex, quo eloquentius ipsi fidem suam inconcussam proclamarunt 63. — Recolit Pontifex quæ jam antea pro Lusitania egerit, præsertim recenti Concordato 63. — Vota facit pro libertate Ecclesiæ 64. — Avitæ traditioni ut fideles maneant ipsos hortatur, eis benedicens 64.

21. ALLOCUTIO ad Hollandienses. — 20 aprilis 1888... 65

Laudat Hollandienses de robusta fide, deque tam longo itinere suscepto 65. — Ecclesiam hocce jubilæo magnificari ut vere divinam testatur 65. — Sicut Pontifex Romæ certare cogitur, ita Hollandienses fortiter dimicant pro juribus fidei 66. Perseverent, hierarchiæ restitutæ subditi, scholas catholicas quam plurimas ubique spargentes 66. — Ipsis benedicit 66.

22. ALLOCUTIO ad fideles diœcesis Barcinonensis. — 3 mai 1888 67

Pontifex laudat Hispanorum frequentiam, munificentiam, obedientiam 67.— Iterum monet eos, ut ab inimicorum insidiis vigilantia securi, concordes inter sese existant 68. — Laudat Hispanos quod tam ægre spoliatum esse Pontificem patiantur 68.—Vindicat fortiter sua jura 68.— Benedicit Hispanis 68.

23. EPISTOLA ad Episcopos Brasiliæ de sublata ibidem servitute. — 5 maii 1888... 69

Servos Brasiliæ multos occasione jubilæi sui libertate donatos maxime lætatur Pontifex 69. — Inde, necnon aliunde, de servitute penitus ibidem tolenda auguratur 69. — Christus, cujus gerit vicem, ad liberandum hominem incarnatus 69. — Teste Gregorio, servorum liberatio Deo grata 70.— Quæcumque ad renovandum humanum genus conducunt, Pontificis sunt 70. — Servitus, statui naturali opposita, teste Augustino, pœna est 70. — Genesis servitutis describitur 71. — Immensus servorum numerus ante Christum natum ; pessima eorumdem conditio 71. — Immanis de servitutis necessitate, deque servorum natura apud philosophos doctrina 71. — Inde infinitæ calamitates civitatibus ortæ 72. — Christus homines ad dignitatem filiorum Dei revocavit, teste Paulo 72. — Qua ex doctrina germinavit nova societas christiana libera 73. — Ab exordio Ecclesia homines docuit æquales origine, adoptione, societate 73. — Servilem statum primo mitigare studuit, officiis mutuis descriptis, docente Paulo 73.—Utrorumque fructus ex hac doctrina colligitur, servorum utpote libertorum, dominorum utpote servorum Christi 74. — Quæ Paulus docuit, pri-

Pag.

mus egit, Onesimum commendans 74. — Christiana agendi ratio ethnicæ opponitur 75. — Sapientissime Ecclesia servitutis pestem paulatim sustulit 75. — Rebelles servos damnat; ad patientiam hortatur, intuitu dignitatis christianæ et patientiæ Christi 75. — Nihilominus quo mitiores et magis subditi dominis, eo ad resistendum persecutoribus, jussisque injustis, fortiores fuerunt 76. — Exempla martyrum e servitio afferuntur multa, rebellium nulla 76. — Paulatim, disjuncto justo ab injusto, Ecclesia in servitute aliud damnavit, aliud toleravit 76. — Doctrina Chrysostomi, apud Græcos, de sublata per Christum servitute 76. — Quid fraternitas evangelica 77. — Inde servi jam domestici et familiares 77.— Idem habet apud Latinos, præcipue Ambrosius 77. — Præclarus locus Lactantii 77. —De servis libertate donandis a principio Ecclesia sollicita 78. — Egregia documenta antiqua 78.— Leges a Pontificibus de ipsis latæ 78. — Ordo geminus ad hunc scopum institutus 78. — Alia hac in re enumerantur Ecclesiæ beneficia 79.— Gregorii Magni et Caroli Magni documenta 79. — Ab Ecclesia vera libertas, fraternitas, æqualitas 79. — Sæculo XV eadem libertatem domitarum nationum a tyrannide injusta vindicavit 80. — Commercium *Indorum, tratta dei Negri* nuncupatum, vehementer Pius II et Leo X damnarunt 80.— Paulus III item legem tulit in favorem servorum maurorum 80. — Alia recentiora Pontificum acta 80. — Hodie demum querela deponitur 81. — Remanet tamen servorum horrenda mercatura in partibus Africæ 81. — Describitur eiusdem immanitas 81. — De tanta calamitate gravissime dolens, Pontifex potentes omnes enixe invitat ut sua faciant ad eamdem tollendam 82.— Viros apostolicos ad zelum adhortatur, Petri Claver exemplo proposito 82. — Ad res Brasiliæ redux, gaudet servitutem sublatam, Imperatorem laudat 83. — Episcopis invigilandum ut servorum conditio sedate mutetur 83. — Libertate donatis opportuna consilia præbenda : sint grati, bene morati, auctoritati subditi, modesti, Christo et Ecclesiæ addicti 84. — Ad hunc finem adlaborent Episcopi, — opitulante Deipara Immaculata, auspice apostolica benedictione 84.

24. ALLOCUTIO ad Mexicanos. — 11 maii 1888 85

Gaudet Pontifex de frequenti concursu Mexicanorum, quorum devotionem laudat 85. — Iter Romam ipsis maxime profuturum affirmat 85. — Avitam pietatem gentis Americanæ commendat 85. — Sectas deplorat hodiedum apud ipsos sævientes, sed incassum 86. — Recolit quanta, temporum decursu, Romani Pontifices egerint pro fide in his partibus conservanda 86. — Res a se gestas recordans, vota facit pro unione inter Sedem Romanam et eorum patriam, cui benedicit 86-87.

25. ALLOCUTIO ad fideles Afros et Lugdunenses. — 24 maii 1888 88

Inter immensum undique concursum præcipuas partes egis-

Pag

se Gallos Pontifex testatur 88. — Gaudet de præsentia Afrorum 88. — Quæ egerit pro salute Africæ recolit : Carthaginiensem sedem restituendo, operarios in messem mittendo, commercium servorum haud semel damnando 88-89. — Hortatur missionarios ut totis viribus huic commercio tollendo sese devoveant 89. — Zelum Em^{mi} purpurati commendat 89. — Laudat Lugdunenses, institutumque apud ipsos ortum, propagandæ fidei 89-90. — Ad Afros redux, ipsis gratulatur de recepta et jam tortoribus confirmata fide 90. — Cunctis benedicit 90.

26. ALLOCUTIO ad S. R. E. Cardinales de novo codice delictorum et pœnarum. — 1 junii 1888... 91

Inter innumeras gentes Pontifici gratulantes emicuit jure Italia catholica 91. — Italia vero inimica pro plausu minas adhibet, novo codice delictorum et pœnarum proposito 91. — Harum pessimarum legum summa texitur 92. — Intendunt imprimis jurium Sedis Apostolicæ vindicationem impedire, in ipsa Italia, cui maxime eadem prosunt ; dein Ecclesiam vinculare, eam ab officio divinitus imposito prohibendo 92.— Falsa defensionis specie, ultro Ecclesiam lacessunt, quum sit pacis cultrix, societasque perfecta 93. — Codex iste, vagis sententiis perfide conflatus, nullis externis exemplis probabilis ostendi potest 93.— Jure hinc queritur Pontifex, non quasi procellam metuens, sed propter injuriam Italiæ fideli illatam, propter *sectarum* dominatum, propter dilatam Italiæ peroptabilem pacem 94.—Dei opem Ecclesiæ Italiæque implorat 95.

27. LITTERÆ ENCYCLICÆ de libertate humana. — 20 Junii 1888. 96

PROLOGUS. Libertate homo dominus est suorum actuum 96. — Magni momenti est ea recte uti 96. — Quid religioni Christianae debeat 96.— Unde oriantur criminationes adversus Ecclesiam in causa libertatis 96. — Libertates modernae 96. — Hujus argumenti separatim tractandi opportunitas 97. — PARS PRIMA. — LIBERTAS CHRISTIANA 1° **Libertas naturalis** 97. — Ideo homo arbitrii libertate præditus, quia de bonorum contingentia judicare valet 97 ; ideo autem de bonorum contingentia judicare potest, quia animum habet natura simplicem, spiritualem, cogitationis participem 97. — Arbitrii libertatem Ecclesia constanter propugnavit adversus Manichæos, Reformatores, Jansenianos 98. — Libertas arbitrii seu facultas eligendi est in voluntate quatenus a ratione dirigitur 98. — Facultas eligendi malum non est de essentia libertatis, sed provenit ex imperfectione rationis et voluntatis 99 ; idcirco non reperitur in Deo neque in Beatis 99, et servitus potius quam libertas dici debet 99. — 2° **Libertas moralis.** Libertas naturalis non excludit legem, sed potius eam in auxilium postulat 100.— Princeps omnium lex naturalis 100, quæ est ipsa lex æterna insita in iis qui ratione utuntur eosque

Pag.

inclinans ad debitum actum et finem 101 : ad ejus observationem juvat gratia, quæ arbitrii libertatem minime lædit 101. — Legem naturalem lex humana sancit 101, vel applicat et determinat 102 : hinc lex æterna veræ libertatis norma 102, tum in subditis, tum in imperantibus 102, tum in singulis personis, tum in consociatis 102.—Religio christiana et Ecclesia catholica veram libertatem constanter promoverunt tum in individuis hominibus, tum in populis 103, *a)* deleta servitute 103, *b)* civilitate late propagata et conservata 103, 104, *c)* inculcata justa obedientia 104, *d)* præscriptis auctoritatis humanæ limitibus 104. — PARS SECUNDA. LIBERALISMUS. 1° **Varii gradus liberalismi.** Libertatis abusus et corruptio est liberalismus 104. — *A* Liberalismi absoluti sectatores rejiciunt omnem Dei auctoritatem et legem 105, ut hominem faciant sui juris, societatis constitutionem a singulorum voluntate repetant, et summam potestatem attribuant multitudini 104 : hujus liberalismi doctrina *a)* cum ratione pugnat, siquidem creatura essentialiter a Creatore pendet 105; præterea *b)* periculis plena est, nempe α) boni malique discrimen tollit 105, β) ducit ad morum corruptelam, γ) tyrannidi favet 106, δ) indifferentismum gignit 106, ε) seditionibus et societatis perturbationibus causam præbet 106. — *B* Alii, admissa lege Dei naturali, positivam et supernaturalem rejiciunt 107 : doctrina ista incohærens, siquidem *a)* præcepta Dei positiva non minoris auctoritatis sunt quam naturalia 106, et *b)* non minus certo constant 107. — *C* Mitiores alii legem divinam admittunt pro personis privatis, rejiciunt pro civitate 107 : hi inde refelluntur quia *a)* debet societas cives adjuvare ad recte, sc. secundum leges divinas vivendum 107, *b)* bonis animi consulere, ad quæ nihil legibus divinis aptius 108, *c)* in ordine ad finem ultimum concorditer cum Ecclesia agere 108. — 2° **Modernæ libertates.** *A* Rejicienda *cultuum libertas*, 1° quoad privatos quia *a)* religio est præcipuum hominis officium et princeps omnium virtutum 108 : *b)* ea autem profitenda religio quam Deus jussit 108 : 2° rejicienda eadem libertas quoad civitatem 108, *a)* quia etiam societas sua erga Deum officia habet 108, *b)* quæ præstare tenetur secundum formam Deo acceptam 109; 3° veræ religionis professio prodest libertati *a)* tum subditorum 110, *b)* tum principum 110. — *B* Pariter rejicienda illimitata *libertas loquendi* 110, siquidem *a)* nullum esse potest jus disseminandi falsum 110, sed *b)* contra necessitas urget protegendi multitudinem adversus præstigias et captiones dialecticas 110, *c)* ne errore dominante, vera libertas detrimentum capiat 111. — *C* Item rejicienda libertas *quidlibet docendi*, quia *a)* in veritate est intelligentium naturarum perfectio et finis, adeoque *b)* ea sola mentes imbuere debet 111. — Veritas in qua sola versari debet præcipientium doctrina, est *a)* naturalis, quæ est commune patrimonium generis humani 112, et *b)* supernaturalis quam Deus docuit

Pag.

et Ecclesiæ credidit 112. — Quum veritas naturalis opponi nequeat naturali 113, magisterium Ecclesiæ minime obest incremento scientiarum 113, nec germanæ libertati obsunt leges fidei tuendæ causa ab Ecclesia latæ 113. — Campus immensus liberis investigationibus patens 113. — Tandem *libertas conscientiæ*, alia absurda et rejicienda 114, alia prorsus admittenda 114, cui tamen adversantur liberalismi fautores. 3° Tolerantiæ. Perfecta doctrinæ applicatio optanda, non tamen semper possibilis 115. — Idcirco, aliquando propter graves rationes potest, imo et debet malum tolerari 115, sed hæc tolerantiæ necessitas imperfectionem status socialis arguit 116. — Quam inique erga Ecclesiam in negotio tolerantiæ se gerant *Liberalismi* fautores 116. — RECAPITULATIO. Libertas humana essentialiter Deo subordinata 117. — Liberalismus est repudiatio divinæ legis quæ vario gradu fit 117 : primus liberalismi gradus, repudiatio cujusvis legis divinæ 117 ; secundus gradus, repudiatio legis supernaturalis 117 ; tertius gradus, repudiatio auctoritatis ecclesiasticæ quatenus vel Ecclesia absolute rejicitur 118, vel non agnoscitur ut societas perfecta 118 ; quartus gradus est, immoderata conciliationis voluntas 118.— Modernæ libertates loco jurium haberi nequeunt 119, nec illimitatæ esse possunt 119 ; iis licet uti ad bonum 119. — Qua ratione postulanda libertas ubi Ecclesia opprimitur 119. — Non improbatur regimen populare 119, nec rei politicæ gestio 120, nec justa gentium et locorum independentia 120.

28. EPISTOLA episcopis Hiberniæ.—De urgendo decreto nuper lato. — 24 Junii 1888 121

Suam in Hibernos voluntatem variis argumentis Pontifex testatur 121. — Queritur decretum de illicita dimicanda ratione, *plan of compaign* et *boycotting* nuncupata, non fuisse uti par erat receptum 121. — Bonam causam male defendi dolet 122.—Ex plena rerum cognitione decretum latum fuisse declarat 122. — Malis Hiberniæ maxime permotus meliora ipsi optat, sed juste petenda 122, quod apprime catholicos decet 122. — Appellat ad decretum anno 1883 ab episcopis latum 123. — Loquendum instantius Pontifici erat 123 ; quod et egit, animo prosperitatem Hiberniæ consulente 123. — Suam voluntatem, omnibus patefaciendam, iterum exprimit 123.— Jura juste et christiane tuenda 123. — Populo Hiberno benedicit 124.

29. MOTU PROPRIO Collegio Belgarum urbano centum italicarum libellarum millia tribuuntur. — 10 Julii 1888. 125

Belgicum clerum, sibi e propinquo notum, Pontifex valde commendat 125. — Cujus educatio ut levetur, aliquid munifice conferre vult 125. — Idcirco Collegio Belgarum urbano, cujus initia fovit, fructus probavit 125, adjicit argenteos italicos nummos ad centum millia, unde septem quotannis alumni

Pag.

nutriantur ab Episcopis designandi singulis unus, ab Archiepiscopo Mechl. duo 126.

30. **LITTERÆ APOSTOLICÆ de honoris signo occasione Jubilæi instituendo. — 17 Julii 1888.** 127

Pontifex, recolit grate splendorem jubilæi sacerdotalis 127, opera caritatis hac occasione instituta 127, dona innumera undique sibi collata, publiceque in Vaticanis ædibus exposita 128. — Gratum se profiteri Pontifici libet erga omnes speciali titulo de Jubilæo meritos 128. — Idcirco insigne novum conflandum jubet, cum titulo « Pro Ecclesia et Pontifice » 129. — Omnibus hoc insigne gesturis benedicit 129.

31. **EPISTOLA ENCYCLICA qua Armenii sejuncti ad Roman. Communionem revocantur. — 25 Julii 1888.** ... 130

Pontifex gaudet de composito dissidio quo nuper quidam ex Armeniis defecerant 130. — Ad hoc munus servandum multum inservient concordia, debitaque iis qui præsunt obedientia 130. — Publicas dissensiones devitent subjectione erga supr. Othomanici imperii Principem 130; jurgia vero privata, consilium Apostoli de caritate servando 130, 131. — Hujus optandæ consensionis animarum fructus erit Armeniorum adhuc sejunctorum, ad ovile unicum reditus 131, summe ipsis optabilis 131.— Maximam spem Pontifex reponit in zelo Armeniorum catholicorum, ut fratres ad patrem communem reducant 131.— Laudat gentis Armenicæ docilitatem et ingenium 131. — Recolit Gregorium Illuminatorem a S. Silvestro Rom. P. receptum 131, 132, necnon permultos in sensu Gregorii permanentes 132. — Patres Sisensis Synodi Apostolicæ Sedis jura proclamant 132. — Confirmant Patres Adanenses, et præsertim Florentini 132. — Describitur modus agendi legatorum Constantini V Patriarch. cum Eugenio IV 132. — Citantur litteræ Azariæ Patr. Ciliciæ ad Gregorium XIII datas 132, 133. — Ut omnis metus prorsus deponatur a parte Armeniorum 133, Pontifex enumerat quædam præcipua Sedis Romanæ in ipsos benevolentiæ testimonia 133. — Recolit quæ Gregorius XIII,quæ Urbanus VIII 133, immo quæ ipse egerit ad condendum ephebeum Armeniis in Urbe 133, in quo liturgia Armeniorum, per proprium episcopum, Romæ degentem, servaretur 133. — Cathedram linguæ Armenicæ Romæ conditam eamque florentissimam testatur 133. — Recolit curas Benedicti XIV, Leonis XII, Pii VIII, Pii IX ad servandam in propria regione liturgiam armenicam, ad augendas episcopales sedes 134, ad mittendum eo Apostolicum Delegatum 134. — Rationes exponit bene sperandi de reditu Armeniorum dissidentium 134 ; qui reditus ad bonum ipsius Armeniæ nunc ut olim multum conferret 134, 135.— Auxilium Dei atque almæ Virginis enixe efflagitat, necnon D. Gregorii Illuminatoris 135. — Utinam reditus Armeniorum reditum aliorum adhuc a Rom. Sed. sejunctorum præparet 135.

Pag.

32. **LITTERÆ APOSTOLICÆ** de usu cappæ magnæ Archiabbati Beuronensi concesso. — 31 Julii 1888 136

Pontifex Congregationem Beuronensem O. S. B. ejusque archiabbatem D. Maurum Wolter egregie commendat 136.— Archiabbati Beuronensi in perpetuum cappæ magnæ usum concedit 136.

33. **DECRETUM** de ampliori cultu liturgico B. M. V. e Rosario exhibendo. — 5 Augusti 1888. 138

Recoluntur SS. D. Leonis XIII Encyclicæ de Rosario 138. — Solemnis jubilæi sacerdotalis celebratio tamquam fructus hujus crescentis cultus describitur 138. — Opportunum inde apparet ut adhuc augeatur 139. — Igitur, decretis præcedentibus confirmatis, cultum de Rosario *Officio proprio cum Missa* decorandum decernitur 139.

34. **ALLOCUTIO** ad Card. Alimonda archip. Taurin. et ad eccles. viros ex omni Italia Romam peregrinantes. — De tuendis Apost. Sedis juribus. — 25 Septembris 1888. ... 141

Pontifex Em. Purpurati necnon cleri itali laudat fidem, devotionem 141. — Suum in clerum amorem testatur 141, vota faciens ut muneri sacro strenue incumbat 141, ut præsertim Apost. Sedis jura vindicet 141. — Protestatur contra injurias et calumnias Sedi Romanæ illatas 142. — Nulla vera libertate gaudet 142. — Causam non suam superbe, sed veritatis magnanime tuetur 142.—Proclament igitur Itali fideles, Pontificem suprema potestate civili indigere ad munus summum libere et tuto obeundum 142. — Quod Providentia miris viis contulit 142. — Sacratissima est hæc potestas, quam qui oppugnant, hostes Ecclesiæ sunt 142. — Tam divina jura possunt quidem ad tempus procella obrui, sed ut fortiora emergant 143. — Nedum Italiæ noceat ea vindicando, ipsi magnopere Pontifex prodest 143. — Haud semel amice, etsi querens, Italiæ Pontifex locutus est 143. — Italia e contra novis armis pacifico zelo respondit 143.—Utinam Deus Italiæ parcat, Ecclesiam tuendo 144. — Benedicit peregrinis 144.

35. **MOTU PROPRIO** novæ de ordinanda Bibliotheca Vaticana leges iubentur. — 1 Octobris 1888 145

Pontifex testatur se vestigia decessorum suorum ingressum, curas omnes in Vaticanam Bibliothecam contulisse 145.—Ad incrementum studiorum historicorum, quibus hostes religionis nimis sæpe contra veritatem abutuntur, aperiendam doctorum inquisitionibus Bibl. Vat. duxit 146. — Quem ad finem novas leges, jam experientia probatas, confirmat ac sancit 146, ea Cardinali Bibliothecario 146, necnon suis successoribus ipsis commendans 147.

36. **REGOLAMENTO DELLA BIBLIOTECA VATICANA** 148

I. De ordine organico Bibl. Vat. 148. — De Cardinali Protectore 149.—De ejusdem locum tenentibus 150. — De custo-

Pag.

dibus vel Præfectis 151. — De scriptoribus ordinariis, emeritis, honoris causa 153. — De conventu vel concilio 154. — De ministris 155. — II. De ordine interno 157.— De Ædibus 157. — De suppellectile 159. — De Bibliothecæ inservientibus 162. — III. De ordine studiorum ac visitationum 166. — De visitationibus 169.

37. CALENDARIO per l' apertura e per lo studio e servizio della Biblioteca Vaticana 171

Calendarium dierum quibus Bibl. Vat. studentibus ac invisentibus pateat 171.

38. EPISTOLA Card. Lavigerie, arch. Carthag. et Alger. — De opere ad tollendam Africæ servitutem suscepto.— 17 Octobris 1888. 172

Zelum Emin. Purpurati pro delenda Africana servitute Pontifex egregie laudat 172.—Conventus Berolinensis bonam jubet haberi spem 172 ; necnon misericordia omnium nationum commota, in liberalitatem parata 172. — Itaque ipsi gratulando, animum Cardinalis stimulat 173. — Libertatis humanæ Ecclesia per sæcula strenua vindex 172. — Pignus bonæ suæ voluntatis, ingentem pecuniam, jubilæi fructum, Purpurato Principi tribuit 173, opus ipsius apost. benedictione muniens 173.

39. ALLOCUTIO ad fideles Neapolitanæ Archidiœcesis. — 24 Octobris 1888.. 174

Fidem Neapolitanam, antiquitus notam, hoc anno notissimam Pontifex laudat 174.— Varios Italorum Romam concursus recolit 174. — Unde apparet, quantopere Italia Sedi Romanæ fida atque grata maneat 174. — Suorum officiis Pontifex opponit injurias ab hostibus quotidie acceptas 175. — Confirmat orationem nuper ad clerum habitam 175.— Romam sectarum sedem factam queritur,pristinæ gloriæ vix memorem 175.—Deo fisus, munus nunquam deseret 176.—Et ipsi fortes causam Dei invictam agant,apostolica benedictione muniti 176.

40. DECRETUM de gratiarum actionibus die 31 prox. Decembr. Sacratissimo Cordi Jesu persolvendis. — 1 Novembris 1888.. 177

Plurium antistitum votis obsecundans, SS. D. Leo XIII ultimo anni jubilæi die gratiarum actiones in toto orbe persolvendas commendat 177, quarum modus præscribitur 177, quibusque indulgentia plenaria adnectitur 177.

41. EPISTOLA Archiep. et Episc. Americæ de subveniendo Italis eodem commigrantibus. — 10 Decembris 1888... 179

Pontifex deflet atque describit ærumnas tum corporis, tum praesertim animæ, in quas incurrunt miseri ex Italia in Americam quotannis turmatim commigrantes 179. — Quæ mala longe graviora fiunt ex inopia sacerdotum italicam linguam

Pag.

callentium 179, 180. — Pastoris boni munus exsequens in dupliciter suos, Pontifex consilio habendo committit consultationem de optimis ad hæc mala sananda remediis 180.— Conterraneis suis mittit sacerdotes Italos 180, ad hunc scopum Collegio Placentiæ nuper instituto 181, in qua juvenes bonæ spei ex ipsis Italis Americam incolentibus recipientur,inde ad suos tamquam optimi adjutores cleri reversuri 181. — Quo autem facilius necessitatibus dissitis satis fiat, suadet Pontifex ut sacerdotibus ad hoc opus validis domus communes aperiantur 181. — Consilia quævis utilia grate excipiet Pontifex 181. — Ad tantum opus sperat sibi fidelium opes non defuturas 182.

42. EPISTOLA Archiepiscopo Turonensi, de observantia Episcopis a laicis debita. — 17 Decembris 1888 183

Pontifex testatur recte a Turonensi episcopo scriptum quoddam injuriosum fuisse damnatum 182. — Culpat libertatem scribendi et loquendi quam sibi quidam laici arrogant 182. — Pontificis est vindicare honorem collegii episcopalis, tantas in Ecclesia partes agentis 183. — Declarat quousque se extendat officium ipsis obtemperandi 182. — Munus utriusque in Ecclesia ordinis, pastorum et gregis, diffinit 192. — Episcopus, usquedum non a Sedis Romanæ communione sejunctus est, jura in obedientiam sibi debitam servat 184 ; quem redarguere non privati, sed superioris Pastoris est 184, præsertim supremi 185, ad quem, sed moderate, licet rem deferre 185. — Pontifex, alia documenta commemorans idem docentia, ad pacem animos adhortatur 185. — Obedientia vera quæ sit 185. — Gravia iterantur monita auctoribus ephemeridum catholicis 185. — Episcopo, clero, populo Turonensi apost. bened. impertitur 186.

43. ALLOCUTIO ad S. R. E. Cardinales. — 24 Decembris 1888. 187

Pontifex gratias agit Deo, una cum Sacro Collegio, pro beneficiis singularibus anno jubilæi receptis 187. — Sed etiam queritur de crescente in dies furore hostium Ecclesiæ, quibus nihil sacrum, nihil pium 187.— Hujus furoris ratio est missio divinæ Ecclesiæ 188, prætextus vero defensio contra hostem Italiæ 188. — Sed contra 188. — Nedum noceat, prodest maxime Italiæ supremam auctoritatem moralem in ipsa sedem habere 188. — Jus Pontificis palam propugnatur 188 ; ab orbe catholico universo proclamatur 189; defenditur ab ipsa catholica Italia 189, cujus vocem hostes premere conantur 189, sed incassum 189.

44. LITTERÆ ENCYCLICÆ de vita sancte instituenda. — 30 Decembris 1888. 190

Pontifex grate recordatur solemnitates jubilæi, in quibus pignus unitatis Ecclesiæ ejusque vitalitatis salutat 190. — Quod pluries infra anni cursum egit, nunc eodem exeunte

Pag.

publice testatur: gratum usque beneficiorum acceptorum animum 190.— Sed et altius inde sumit consilium 191. — Obsequium in Apost. Sedem tum dignum fructum capit, si populi christiani vitæ ad meliora provehatur 191. — Quare, ad doctrinæ capita jam sæpe numero exposita nunc Pontifex addit monita de vita sancte instituenda, a qua pendent tum felicitas æterna, tum prosperitas temporalis 191. — Regnat hodiedum triplex concupiscentia 191. — Ejusdem genesis describitur 192. — Accedunt incitamenta peccandi ludi scenici, ephemerides, artes, semina morum perversorum 192. — Adde scholas publicas ab Ecclesiæ tutela avulsas 192; necnon doctrinam philosophicam rationalisticam, materialisticam, imo atheisticam, qua ipsa ratio virtutis pervertitur, quaque de sua superbia per ignorantiam punitur, sanationis duplici ratione incapax 193. — Enumerantur errores hisce ex causis defluentes, funesta sed logica quadam deductione: socialismus, communismus, nihilismus 193. — Ad quos totius societatis hostes comprimendos impar erit sola vis 193. — Sed sanabiles Deus fecit nationes, sua utique virtute, nempe meritis JESU CHRISTI Redemptoris 194. — Remedium ab Evangelio, ab Ecclesia expectandum, tam publicæ quam privatæ vitæ 194. — Summa Christianæ vitæ est resistere naturæ pravæ 194. — Qui voluptates sequuntur, vel labores fugiunt, Christi non sunt 194. — Mortificatio non consilium, sed officium; non perfectiorum sed plane omnium 195. — Baptismus delet peccatum, sed non stirpes 195. — Unde, docente Tridentino, manet lucta ad bene vivendum 195. — Lucta in summis heroica, necessaria in omnibus 195. — Laboris fructus sunt: animi libertas, virtutes omnes 196. — Hæc lucta, qua christiani divino capiti assimilantur, apostolos, martyres genuit, omnesque salutis sollicitos 196. — Muniendi proin animi contra concupiscentias 196. — Revocandus honor morum christianorum 197. — Sed ad hoc est impetrandum Dei auxilium, Christo jubente verbo, docente exemplo, stimulante promissis 197. — Efficacia orationis commendatur, rationeque monstratur 198. — Tota hominis vita oratio sit 198. — Fide genita, oratio fidem nutrit 198. — Ab imminuta fide procedunt hodiernæ societatis mala 199. — Ad quæ sananda præsertim conferunt clericorum vita moresque 199. — Eluceat sacerdos doctrina, innocentia 199. — Boni exempli virtutem Conc. Trid. proclamat 199. — Sacerdotem insuper, teste Bernardo, sui dominum esse oportet, suique vacuum 200. — Inde oritur animarum zelus, quem corroborat cœlestium contemplatio 200. — Nil desperandum 200. — Justus Deus nationibus debita operibus bonis vel malis in terris reservat 200. — Inde justitiæ cultus ad bonum commune maxime efficax 200. — Sed in justis flagellis, Deus suam attingit gloriam, bonorumque felicitatem, teste Paulo, necnon Ecclesiæ, sponsæ Christi 201. — Mali intereunt, Ecclesia autem invicta — teste Chrysostomo — nihil de virtute saluti

Pag.

fera amittit 201. — Libertate proin plena polleat, ut, ad quæ prosit, ostendere valeat 201. — Redit Pontifex ad spem ex jubilæo conceptam 202. — Christum navigii Ecclesiæ gubernatorem adprecatur ut tempestati imperet, regnumque suum pacatum advenire faciat 202.

45. **EPISTOLA ad Abbates et priores Monasteriorum Ordinis S. Benedicti in Austria. — De unitate ordinis ibidem procuranda. — 30 decembris 1888.** 203

Pro gratulationibus ab Ordine S. Ben. acceptis, Pontifex grata vice, ad bonum ejusdem Ordinis procurandum sese iterato confert 203. — Recolit Collegium S. Anselmi a se restitutum, ejusque scopum duplicem exponit scientiæ ac disciplinæ promovendæ 203. — Cujus alterius scopi ratio postulat, ut quædam in Austriacis monasteriis vigeat disciplinæ unitas, summe, ad augendas vires, monachis optabilis, uti testatur ipsa Ordinis benedictini historia 204. — Quare Pontifex injungit Abbatibus et Prioribus, ut consulant inter se de mediis ad hanc majorem unitatem procurandam opportunis, eadem ipse probaturus 204. — Diem conventus indicit, ejusque objectum diffinit 204. — Quales optet Constitutiones novas insinuat 205. — Caveatur a privato peculio, officia nitide describantur, stabilitas, vitaque communis, familiæ vincula muniantur 205. — Loco famulorum extrariorum, laïci fratres adhibeantur 205. — Silentium ac clausura serventur 205. — Opus Dei summe colatur 205. — Ex his elementis novum Ordini decus, et majus fidelibus bonum prosilient 205.

46. **EPISTOLA ad Ill. Antonium Flores Æquatorianæ Reipublicæ Præsidem. — De vicariatibus apost. amazonicis plagis constituendis. — 30 januarii 1889** 207

Pontifex Præsidi ac populo Æquatorianæ Reipublicæ pro expressis epistola sensibus gratias agit 207. — Consilium de Vicar. Apost. in Amazonicis plagis constituendis egregie laudat 207.— Sperat fore ut mox feliciter ad exitum deducatur 207. — Exinde Præsidi amplam mercedem optat 208. — Præsidi ac populo Æquat. iterum laudatis benedicit 208.

47. **LITTERÆ APOSTOLICÆ de catholica studiorum universitate in civitate Ottawiensi instituenda. — 5 februarii 1889** 209

Pontifex testatur Ecclesiam studiorum semper fuisse sollicitam 209. — Laudat collegium Ottawæ a primo ejusdem sedis Episcopo institutum 209. — Postulantibus ut eidem collegio catholicæ universitatis dignitas conferatur, libens annuit, intuitu loci peropportune electi ad hoc munus ; intuitu quoque meritorum Congregationis oblatorum Mar. Immac., cujus laudem celebrat 210. — Solemniter evehit collegium Ottawiense ad gradum catholicæ Universitatis 210. — Leges ejusdem Sedi Apostolicæ approbandas exposcit 211. — Cancella-

Pag.

rium et rectores designat 211. — Privilegium ei confert aliunde sibi adsciscendi alumnos 211.

48. ALLOCUTIO ad S. R. E. Cardinales. — De munere pacifico Ecclesiæ commisso. — 11 februarii 1889... 213

Pontifex queritur de pulsa e societate religione 213. — Sollicitudinem suam indefessam testatur ut ad Deum reditus fiat 213. — Varia studia sua ad hunc finem exponit 213. — Una societatis spes: Ecclesia catholica ; præsertim in his turbatis temporibus 214. — In omnium votis est pax 214. — Et certe bella hodie magis unquam formidolosa 214. — Describuntur discrimina et onera pacis armatæ 215. — Vera pax in justitia et charitate 215. — Jam vero harum virtutum custos est Ecclesia, ipsius testante historia, docente Conditore Rege pacifico 216. — Huic muneri Pontifex se numquam defuturum profitetur 216. — Novos tres Cardinales proclamat 216.

49. EPISTOLA ad Archiepiscopum S. Salvatoris in Brasilia. — 21 februarii 1889.. 218

Pontifex gratias agit pro acceptis a Brasilia devotionis signis 218. — Gaudet de vindicato a catholicis hujus regionis Ecclesiæ jure 218. — Novas leges contra libertatem ministerii sacri latas vehementer damnat 218. — Sperat veritatem sua luce tenebras erroris mox superaturam 218. — Fidelibus Brasiliæ benedicit 218.

50. EPISTOLA ad Archiepiscopos et Episcopos fœderatarum Americæ septentrionalis civitatum. — Qua universitas Washington constituitur. — 7 martii 1889 ... 220

Laudat Pontifex zelum Præsulum federatarum civit. Amer. septentr. 220. — Gaudet de mox aperienda universitate in urbe Washington 220. — Ejus leges sibi a rectore allatas, et cognoscendas dilectis judicibus traditas, libenter probat, atque firmat, universitatem juxta eas solemniter instituens 221. — Archiepiscopum Baltimorensem ejusdem cancellarium instituit 221. — Rationem studiorum brevi exponit 221. — Ad theologicas et philosophicas scholas etiam incipientes admittendi 221. — Americanos ad liberalitatem erga novum institutum adhortatur, eisque benedicit 222.

51. LITTERÆ APOSTOLICÆ de conventu abbatum et priorum monasteriorum ordinis sancti Benedicti ex Austria Salisburgi habendo præside S. R. E. presb. card. Seraphino Vannutelli. — 15 martii 1889.. 223

Pontifex testatur benevolentiam suam in Ord. S. Bened. de Ecclesia optime meritum 223. — Recolit litteras 30 decembris 1888, quibus, ad unionem majorem ejusdem Ordinis in Austriaco Imperio obtinendam, Salisburgi conventus indicebatur 223. — Præsidem hujus conventus eligit Card. Seraph. Vannutelli, olim Vindebonæ nuntium, eumque rite constituit 224. — Tenorem futuræ deliberationis præscribit 224. — Vota

Pag.

facit pro felici successu 224. — Præsidi potestatem facit indicendi finem congressus ; imo, si necesse sit, inchoatum intermittendi, ad opportunum tempus ; demum ei Apostolicam benedictionem impertiendi 224.

52. ALLOCUTIO ad S. R. E. Cardinales, inchoante XII pontificatus anno. — De rebus Italiæ. — 2 martii 1889 ... 226

Gratias agit sacro Collegio pro votis, Deo pro auxilio sibi ab ineunte pontificatu præstito 226. — Octogesimum inchoans annum, novum a Numine robur impetrat 226. — Queritur de conditione S. Sedi facta, qua cogitur omnes angustias pati Italiæ internas et externas, quoque veram libertatem Ecclesia amisit 226. — Queritur de modo tyrannico quo abusus *Exsequatur* dictus vexat electos a Summo Pontifice ad regendas diœceses 227. — Queritur de juribus patronatus illegitime vindicatis, unde plures ecclesiæ pastoribus carent 227. — Alias permultas vexationes enumerat, genuinæ libertati maxime contrarias 227. — Quæ, si Ecclesiæ, Italiæ imprimis nocent 228. — Sors Italiæ sorti Ecclesiæ arctissime connectitur 228. — Utinam tandem sapiat 228. — Deo fisus, Sacro Collegio benedicit 228.

53. EPISTOLA ad Episcopos Mexicanos. — 14 martii 1889. 230

Pontifex gratias agit Episcopis Mexicanis pro virili contra injurias S. Sedi factas protestatione 230. — Ex ea se solatium et spem percepisse testatur 230. — Gaudet singulari modo quod Episcopi Mexicani, tam dissiti a Sancta Sede, tamque dura ipsi patientes, tantopere doloribus Pontificis participent 230. — Iterum gratias agens, plenamque pacem optans, eis benedicit 230.

54. EPISTOLA ad Episcopum Brixiensem. — 31 martii 1889... 232

Pontifex gratias agit Præsuli de accepto suæ optimæ voluntatis testimonio 232. — Intolerabile declarat res gravissimas S. Sedis a viris privatis publice dijudicari, quum sæpe de eisdem ipse Pontifex aliter sit locutus 232. — Vellent ita sentientes Pontificem ad pacem cum hostibus S. Sedis impellere 232. — Sed conditio S. Sedi facta nullo modo rata haberi potest 232. — Violata Roma non populorum sed sectarum studio fuit 232. — Muniendi sunt animi contra consilia speciem modestiæ præ se ferentia 233.

55. EPISTOLA ad Ducem Norfolciæ. — 13 aprilis 1889. 234

Levamen a litteris nomine catholicorum Britanniæ ad se missis egregium accepit Pontifex 234. — Iniqua nimis ipsis visa est conditio Ecclesiæ in Italia novis legibus facta 234. — Recte judicarunt quo tendat ictus administris Ecclesiæ illatus 234. — Gaudet Britannos catholicos sanum de vera libertate

Pag.

judicium tulisse 234. — Iterum gratias agens, duci societatique cui præest, paterne benedicit 234.

56. **EPISTOLA ad Archiep. Card. Mechliniensem. — De proxime habendo catholicorum conventu. — 14 aprilis 1889...** 236

Pontifex laudat consilium proxime habendi catholicorum conventus 236. — Conspiratio illustrium virorum in defensionem veritatis, egregium spectaculum 236. — Imprimis laudandum studium meliorandæ miseræ opificum conditionis 236. — Ab Ecclesia et Evangelio remedium petendum 236. — Vota faciens pro felici conventus eventu, Pontifex benedictionem Mechliniam conventuris impertit 236.

57. **EPISTOLA ad Episcopum Matritensem. — De habendo catholicorum Matriti conventu. — 19 aprilis 1889.** 237

Lætatur Pontifex de proxime celebrando Matriti conventu, a quo optimos fructus expectat, eo vel magis quo plures Antistites ibidem aderunt 237. — Hortatur ut fructus hujus conventus sit omnium concors ad tuenda religionis bona conspiratio 237. — Hanc consensionem zelo Præsulum commendat 237. — Divina munera ipsis, conventurisque adprecatur 238.

58. **EPISTOLA ad Episcopum Cremonensem. — De laudabili ejusdem submissione. — 29 aprilis 1889.** 239

Laudat Pontifex modestiam qua, Fenelonium imitatus, Cremonensis Episcopus suum agnovit errorem 239. — Fructum hujus submissionis describit 239. — Ab alto tractanda est quæstio de Romano Principatu 239. — Agitur enim non de humana re,sed de divina libertate Ecclesiæ, a Pontificibus semper strenue vindicata 239. — Præsuli amanter benedicit 240.

59. **EPISTOLA ad Archiepiscopum Monachensem. — De responso ab administro regio Episcopis facto. — 29 aprilis 1889** 241

Laudat Pontifex Episcopos Bavariæ de postulatis ad regni regentem missis ; necnon zelum quo responsum regii administri ad se afferendum curavere 241. — Responsum hoc, etsi perhumanum forma, nullatenus justis querelis facit satis 241. — Imo injuriosa continet Ecclesiæ, quum decreta Apost. Sedis vel Œcum. Conc. regio placito subdat 241. — Magisterium Ecclesiæ jure divino independens est a sanctione quavis civili 241. — Servanda solemnis conventio inita inter Pium VII et Maximilianum I 242. — Dolet Pontifex de injusta lege religiosos expellente, virginesque a scholastico munere arcente 242. — Sponsio de electionibus regularium æqua, sed precaria 242. — Damna ex rejectis precibus oritura deflens, meliora tempora a studio Antistitum expectat 242. — Zelum Episcoporum Bavariæ stimulat, eisque benedicit 242.

Pag.

60. **EPISTOLA** ad Rectorem Univers. Cathol. Lugdunensem. — De Catholico conventu Lugduni habito. — 27 aprilis 1889 244

Pontifex gratias agit de acceptis litteris gesta conventus Lugdunensis describentibus 244. — Laudat acta in hoc catholico conventu 244. — Imprimis laudat studium quo incumbitur sapientiæ christianæ, et quo Ecclesiæ juria vindicantur ; in quibus ut perseveretur instat, Deo auxilium ministrante 244. — Apostolicam benedictionem impertit 245.

61. **EPISTOLA** ad Cardinalem Benavides y Navarrete Archiepiscopum Cæsaraugustanum. — De Congressu Catholico Matriti habito. — 7 maii 1889... 246

Pontifex gratias agit pro epistola nomine coeuntium ad se missa 246. — Laudat conventus Matriti habiti devotionem in S. Sedem, docilitatem erga doctrinam ejusdem, unde magna spes salutis prosilit ; studium pro vindicanda Sedis Apostolicæ libertate ; querelas et expostulationes de molestiis eidem per hostes illatis 246. — Catholicis Hispanis benedicit 247.

62. **ALLOCUTIO** ad S. R. E. Cardinales. — De misera conditione Sedis Apostolicæ. — 24 maii 1889... 248

Dolet Pontifex de conditione semper graviore S. Sedi a capta urbe facta 248. — Nova consilia hostium religionis detegit 248. — Queritur de seducto populo, de religione publice lacessita, deque honoribus homini impio decretis 248. — Hic status rerum romanarum tenet suspensos catholicos cujusvis nationis 248. — Congressus illustres nuper in eum curas verterunt, suas facientes expostulationes Sedis Apostolicæ 249. — Novi Cardinales e Gallia, Belgio, Bohemia creantur 249.

63. **EPISTOLA** ad Archiepiscopum Mediolanensem. — De obedientia debita decreto « Post Obitum » propositiones Rosminianas damnanti. — 1 junii 1889 251

Pontifex recolit epistolam suam 24 jan. 1882, de sedandis controversiis rosminianis, deque zelo ephemeridum scriptorum ad utiliora provehendo 251. — Recolit historiam decreti « Post obitum », quo, matura præmissa deliberatione, quadraginta propositiones Rosmini damnatæ sunt 251. — Decretum hoc se probasse testatur, certisque de causis solum 7 martii 1888 evulgari jussisse 252. — Quare nullo modo ei refragari licet, ac si Pontifex a Consilio Inquisitionis esset sejunctus 252. — Etsi ad clementiam prona, tales excessus non potest S. Sedes non improbare 252. — Stimulat Pontifex Antistitis zelum ut hæc offensio tollatur 252.

64. **EPISTOLA** ad Abbates et priores monasteriorum O. S. B. in Austriâ. — De conventu nuper Salisburgi habito. — 7 junii 1889. 254

Pag.

Pontifex lætatur de felici successu conventus Salisburgensis, necnon de epistola cum Constitutionum codice accepta 254. — Inde spem nutriens majoris incrementi ordinis monastici, benedictionem peramanter impertit 254.

65. **LITTERÆ APOSTOLICÆ de festo Sanctissimi Cordis Jesu ritu duplici primæ classis celebrando. Ad perpetuam rei memoriam. — 28 junii 1889** 255

Pontifex faustum omen capit ex sæcularibus festis in honorem SS. Cordis celebratis 255. — Christus ignem, quo Cor suum ardet, cupit accendi in mundo 255. — Promissis ipsius allecti, adeant fideles istud Cor, lancea apertum ut ipsos excipiat 255. — Adeant illud per hæc festa, ingratorum offensiones expiaturi placatione sui amoris 256. — Ad augendum cultum tutelarem SS. Cordis, Pontifex, multorum votis cedens decessorumque motus exemplis, festum Ejusdem ad ritum duplicis primæ classis sine octava provehit, quin tamen sit de præcepto 256. — Quædam de ordine festi deque concurrentia diffiniuntur 257. — Ubi hoc festum coram exposita S. Eucharistia celebratur, indulgentiæ octidui Corporis Christi ipsi adnectuntur 257. — Votiva Missa SS. Cordis conceditur pro solemnitate primæ feriæ VI cujusque mensis 257.

66. **ALLOCUTIO ad S. R. E. Cardinales. — De signo apostatæ Bruno Romæ erecto. — 30 junii 1889** 258

Pontifex detegit rationem cur Sacrum Collegium extra ordinem vocaverit 258. — Impia sectæ consilia, quæ ab expugnatione Urbis ad evertendam Ecclesiam tendunt, ad summum audaciæ per recens erectum signum pervenere 258. Tam impii hominis glorificatio, belli indictio est 258. — Glorificatur Bruno non propter scientiam, — vulgaris fuit ; — non propter mores, — erat moribus horrendus ; non propter merita in rem publicam, — abjectum animum prodidit ; sed propter rebellionem in Ecclesiam ; inde sectis gratus 259. — Addenda solemnitas insueta hujus dedicationis : vexilla impia, imo vexilla *nequissimi* Roma intra mœnia vidit 259. — Quid de concionibus, de scriptis pravam libertatem extollentibus ? 259. — Quæ omnia perfici licuit, annuentibus qui præsunt 259. — Est revera abominatio desolationis in loco sancto 259. — Pontifex idignabundus orbi catholico tantum facinus denunciat 260. — Hæc injuria docet sectas Pontificatus eversionem moliri ; Pontificem jure divinum munus, non humanam rem defendere ; falsas fuisse omnes erga Pontificem obsequii promissiones ; Romam, sectarum mente, caput impietatis destinari 260. — Patet inde quid libertatis vel dignitatis Pontifici relictum sit 260. — Hostes S. Sedis ad extremum res deducere volunt 261. — Poterunt ad tempus, specie utilitatis, contineri 261. — Metuendum non minus est, fore ut tandem aliquando finem attingant 261. — Sed, quum spe divinæ opis

Pag.

tum conscientia officii sustinetur Pontifex 261. — Simul implorato adjutorio Virginis Mariæ, Principumque Apostolorum, Pontifex hortatur Italiæ Episcopos, ut sibi cum Sacro Collegio uniti, populos instantius instruant dé temporum calamitatibus, deque officiis quæ bonis incumbant ad eas depellandas 262. — Monendi specialissime sunt fideles romani, ne majorum degeneres evadant 262. — Omnes catholici ad orationem confugiant 262.

67. INSTRUCTIO S. Congreg. Episc. et Regul, — qua, occasione signi Bruno erecti, Episcopis catholici orbis, Pontificis jussu, opportuna monita præbentur. — 18 julii 1889... 263

Recoluntur encyclicæ litteræ *Humanus genus* contra massonum sectam 263. — Oppugnationem Urbis ad evertendam Ecclesiam a secta paratam fuisse, non ad procurandam Italiæ libertatem, facinus ultimum aperte detexit 263. — Denuntiatio solemnis coram Sacro Collegio nuper facta ad universam spectat Ecclesiam 264. — Bellum capiti Romæ indictum, totum corpus afficit 264. — Quare S. Congr. Ep. et Reg., de mandato Pontificis, jubet : 1° ut opportuno die oratio hæc fidelibus vulgari sermone legatur, 2° ut populus de gravitate facinoris, deque vitanda massonum secta instruatur, 3° ut præscribantur fidelibus preces operaque expiatoria 264.

68. EPISTOLA ad Imperatorem Brasiliæ. — De libertate cultuum atque docendi. — 19 julii 1889... 265

Pontifex testatur se certiorem factum de propositis a novis ministris mutationibus religioni haud consentaneis, nempe de libertate cultuum atque docendi 265. — Pauca, utpote catholico Principi, exponet 265. — Libertas cultuum — distincta ab æqua tolerantia, quando hæc necessaria est — supponit societatem, et catholicam, ad nullum cultum teneri 265. — Inde idem jus concedit veritati atque errori, et viam ad indifferentismum sternit 266. — Pessimus error est, ab ipsis æthnicis damnatus, societatem nulla lege cultus, gratiarum actionis ad Deum auctorem suum ligari 266. — Hæc libertas, a Pontifice haud semel damnata, multiplicium malorum fons habenda est 266. — Religio magistra ordinis quum sit, regens, qui eam sperni sinit, privat ordinem maxime solido fundamento 266. — Imo, exemplo suo malo, populos a sensu religionis abstrahit, a quo hauriunt patientiam in miseriis hujus vitæ tolerandis 267. — Nationi catholicæ hanc libertatem inducere, temporibus hisce turbatis, est destruere maceriam qua subditi continentur 267. — Testes sint nationes hoc regimen expertæ 267. — Solum vinculum publici ordinis religio est, docens subdi, mores discutiens 267. — Libertas vero docendi, prætextu scientiæ, fidem oppugnat veræ scien-

Pag.

tiæ adjutricem 267. — Tale magisterium, loco filiorum, parentum, civium optimis moribus imbutorum, generationem parit corruptam corde, mente scepticam 268. — Quo magis hæc libertas erroris sævit, eo magis libertas Ecclesiæ contrahitur 268. — Hæc satis, ad mala ostendenda ex utraque libertate catholicæ nationi oritura 268. — De reliquis, Pontifex attingit matrimonium civile, vota faciens, ut ministri ad meliora consilia se excipiant 268. — Recolens recenter servitutem ab Imperatore sublatam, optat Pontifex, ut Princeps antiqua jura Ecclesiæ in imperio suo catholico conservet, atque ab eo ita magnas calamitates avertat 269.

69. EPISTOLA ad Georgium Python status et reipublicæ Friburgensis consiliario. — De condenda universitate Friburgensi. — 1 augusti 1889 270

Pontifex laudat condendæ universitatis Friburgensis consilium 270. — Utilitatem talium institutionum, hoc præsertim tempore, summam exponit 270. — Helvetiæ inde maximum bonum expectat 270. — Gratulatur proin Friburgensibus, necnon Consilio regni atque Episcopis 271. — Sperat liberalitates ad tantum opus non defecturas 271. — Apostolicam benedictionem impertit 271.

70. EPISTOLA ENCYCLICA de implorando auxilio B. Joseph. — 15 augusti 1889. 272

Rursus auxilium contra *potestatem tenebrarum* Pontifex publica orbis deprecatione expectat 272. — Calamitatem crescentem temporum describit, non nisi divina ope sanandam 272. — Studiosius inde imploranda Domina a Rosario, Ecclesiæ toties in angustiis auxiliata 273. — Sed una cum Deipara Sponsus ejusdem instantius colendus 273. — Ad cujus cultum, jam magnopere superiori ætate apud fideles adauctum, adhuc provehendum, Pontifex aliquid verbo conferre intendit 273. — Tituli ac merita B. Josephi enumerantur 273. — Beatissimæ Virgini nullus propior, conjugali nempe vinculo, ac proin dignitate 274. — Ipsum ei Verbum subditum fuit, tamquam Parenti 274. — Utrumque munus in divinam domum excellentissime exercuit 274. — Hæc autem domus Ecclesiæ initium, cujus Maria Mater, JESUS, primogenitus 274. — Jure proin universam Ecclesiam tuetur cœlesti patrocinio 274. — Hoc quidem munus Jacobi filius splendide præfiguravit 275. — Concordat cum nomine, inventa apud dominum gratia, missioque salvatoris mundi a rege ipsi demandata 275. — Cujusvis fideles conditionis in B. Josepho exemplar habent atque patronum : conjugati, virgines, nobili genere nati, locupletes, proletarii atque inferioris fortunæ 275. — In paupertate, manuumque labore vitam degens maxima edidit virtutum documenta 276. — Discant ab ipso egeni moderari studium

Pag.

emergendi, Providentiæ parendo, atque ab omni violenta revendicatione se alienos habentes, fisi Ecclesiæ caritati 276. — Ad augendum B. Patriarchæ cultum oratio peculiaris statuitur, Rosarii recitationi in posterum mense octobri quotannis adjungenda 276. — Indulgentia huic orationi adnectitur 276. — Commendatur insuper cultus mensis martii, et imprimis ipsius festi B. Josephi 277.

71. **EPISTOLA ad Card. Gibbons Archiepisc. Baltimorensem. — De celebrando centesimo anno ab hierarchia in fœderatis Americæ civitatibus constituta. — 7 septembris 1889..** 278

Pontifex laudat consilium celebrandi centesimum annum ab Hierarchia ibidem constituta, tum conventu Baltimoræ habendo, tum lycæo Washington condendo 278. — Ita simul de peractis gratiæ agentur, monumentum posteritati profuturum statuetur 278. — Gratulatur Pontifex zelo Antistitum Americæ civitatum fœderatarum, necnon devotioni eorum in S. Sedem paterne ipsos complectentis 279. — Delectos viros solemnibus istis interfuturos libenter mittet, testes simul et benevolentiæ Sedis Romanæ et unitatis Ecclesiæ 279. — Fausta quæque his regionibus optat a Domino 279.

72. **ALLOCUTIO ad opifices Gallos Romam peregrinantes. — De remedio sociali a religione petendo. — 30 octobris 1889..** 280

Pontifex recolit opifices inchoante anno jubilæi a se receptos 280. — Confirmat, quod peregrinantes opifices ipsi testantur, in religione esse remedium summum laborantibus 280. — Æthnica societas servitute arduum quæsitum solvit 281. — Christianismus omnes fideles nobilitavit, legemque laboris omnibus imposuit sacram 281. — Conditor religionis ipse pauperem vitam egit, divitibus severa officia in pauperes imponens 281. — Insuper sociale vinculum caritatem induxit 281. — Hæc doctrina, inæqualitatem conditionum temperans, per longa sæcula pacem continuit 281. — Redeatur ad ipsam, adjunctis cœtibus opificum novo rerum ordini accommodatis, spirituque christiano imbutis 282. — Salus ex harmonica conspiratione utriusque elementi, substantiæ atque laboris, petenda 282. — Remedium, falso in subversione proprietatis quæsitum, in fideli custodia est omnium officiorum 283. — Virtutes in omni gradu sociali necessariæ enumerantur 283. — Sciant rem publicam regentes efficacissimum remedium in libera actione Ecclesiæ residere, simulque in tuendis sacris juribus personæ atque familiæ opificis 283. — Munera dominorum quæ sint 283. — Opifices servent officia religiosa, domestica, civilia 284. — Recolit Pontifex promissa modo ipsorum ore accepta 284. — Fideles permaneant Sedi Aposto-

Pag.

licæ angustiis pressæ 284. — Regressi in patriam, optimo exemplo, quid religio possit ostendant, gratia cœlesti roborati, benedictione Pontificis muniti 285.

73. EPISTOLA ad Cardinalem Goossens, Archiep. Mechliniensem. — De nova cathedra philosophiæ Lovanii erigenda. — 8 novembris 1889 286

Pontifex novæ cathedræ philosophicæ juxta mentem suam in universitate Lovaniensi condendæ, gaudet Episcopos initia fecisse, præsidemque eidem Ill. D. Mercier, quem egregie laudat, renuntiasse 286. — Confirmans eidem munus, zelum ejus stimulat 286. — Copiosam largitionem aggrediendo operi addicit, reliquos sumptus a liberalitate Belgarum expectans 287. — Celebrat opportunitatem operis ad instruendam solida scientia, contra fidei hostes, juventutem 287. — Catholicis viris scientiæ lumina appetenda proclamat 287. — Optima a perspecto zelo Belgarum sperat, quibus benedicit 288.

74. LITTERÆ APOSTOLICÆ de facultate theologica in catholico parisiensi athenæo instituenda. — 10 Decembris 1889.. 289

Eminentia sacræ Theologiæ celebratur 289. — Ecclesia, ac imprimis Romani Pontifices hujus scientiæ semper fuere maxime solliciti 289. — Zelus Episcoporum Galliarum laudatur facultatem theologiæ in Athenæo Parisiensi instituendam curantium 289. — De sententia S. R. E. Cardinalium 290, Pontifex consilium ratum habet et confirmat 290. — Laudem celebrat prioris perillustris facultatis Parisiensis 290. — Angelicum præsertim magistrum novæ exemplar præmonstrat 290. — Canonice erigit facultatem theologicam, juxta adjectas constitutiones 290.

75. EPISTOLA ad Ludovicum Vivès. De nova editione operum B. Alberti Magni. — 10 Decembris 1889 292

Pontifex laudat consilium opera B. Alberti Magni de integro edendi 292. — Commendat doctrinam magistri D. Thomæ Aquinatis 292. — Nova veteribus conjungere vera philosophandi ratio 292. — Gratum habet quod nova editio sibi dedicetur.

76. LETTERA al signor Lucido Maria Parocchi, vicario generale di Roma. De clero romano rite instituendo. — 18 decembris 1889 293

Pontifex testatur speciale studium quo clerum rite instituendum semper prosecutus est 293. — Talis clerus Romæ imprimis necessarius est, unde major eidem adhibenda cura 293. — Clerus romanus, ut maxima parte munere dignus, laudibus ornatur 293. — Omni via hostes Ecclesiæ clerum insequentes, seducere conantur quos forte minus fideles

Pag.

invenerint 294. — Muniendi proin tirones contra tales insidias ; arctius invigilandum aliunde advenientibus 294. — Omnes vita spirituali instruantur, in eaque permaneant ope recollectionis annuæ 294. — Talis recollectio integro clero in proximum annum indicitur 295. — Modus ejusdem instituendæ cardinali vicario relinquitur 295.

77. **LITTERÆ APOSTOLICÆ** de canonica theologicæ facultatis erectione in catholica tolosana universitate. — 20 decembris 1889 296

Gloriam prioris universitatis Tolosanæ testantur reliquiæ Aquinatis eodem, jubente Urbano V, translatæ 296. — Pontifex gaudet de rediviva hac illustri institutione 296. — Recolit quid pro theologicis studiis ab exordio regiminis ipse egerit 296. — Lætatur de instaurata facultate tolosana 297. — Rogante cardinali archiepiscopo confirmat facultatem theologicam ibidem erectam 297. — Solemni ritu dictam facultatem erigit, cum jure conferendi academicos gradus, servatis statutis a Congregatione jussis 297.

78. **ALLOCUTIO** Ad S. R. E. Cardinales de bello Ecclesiæ indicto. — 24 decembris 1889 299

Pontifex gratias rependit pro expressis a S. Collegio votis 299. — Animorum concordia dupliciter dulcis in temporibus turbatis 299. — Describuntur vexationes Ecclesiæ illatæ 299. — Omnia tentat Satanas contra Ecclesiam Dei, præsertim contra libertatem Pontificis 300. — Donec placeat Deo prosternere inimicos, saltem intus floreant pax et concordia, optimi animorum stimuli 300. — Crescat proin unio inter pastores et greges, per fidelem vitæ christianæ disciplinam, de qua Pontifex intendit mox singulos admonere, novo scripto cujus summam tangit, et a quo multa sperat 301. — Christum natum, mundi debellatorem implorat 301.

79. **ALLOCUTIO** Ad S. R. E. Cardinales. — De legibus iniquis nuper latis. — 30 decembris 1889 302

Pontifex lætatur de novis universitatibus in America et in Helvetia conditis 302. — Intus queritur augeri angustias 302. — Recolit hostium acta, dictaque, præsertim contra inviolabile Apost. Sedis jura in Romam 303. — Causam Sedis Apostolicæ vindicat 303. — Non agitur de re humana sed de tutela rei sacræ, implacabili odio lacessitæ 303. — Contra novum codicem pœnarum Ecclesiæ atque clero injuriosum, Pontifex solemniter iterato protestatur 304. — Protestatur insuper contra legem de Operibus Piis, quæ est sacrilega multiplicis juris violatio 304. — Queritur quod a decuriis parochi arceantur 305. — Nihil efficacius ad solandam miseriam quam sincera fraterna caritas 305. — Hæc autem extra Ecclesiam Dei

Pag.

frustra requiritur 305. — Ipsa Italiam tantopere reddidit piorum operum feracem ex quo magis elucet impietas novæ legis 306. — Protestatur demum Pontifex contra injurias Episcopo Troadensi illatas 306. — Monet clerum et populum ut fortiter in sacris Ecclesiæ pareant 306. — Duos cardinales creat 307 (1).

1. Erratis, quæ, curas omnes frustrata, in notulas perpauca irrepsere, index analyticus purgatus est.